

Peter Meder

**Petri Mederi Ceidinensis Saxonis Transylvani Mag. Phil. ... Anagrammatum Libri  
Tres. in quibus Partim Vitia huius seculi ut belli Causae breviter perstringuntur.  
Partim Encomia & Laudes Generosi, Magnifici, ac Nobilissimi Viri, Dn. Gulielmi a  
Calcheim cognomento Lohausen, delineantur**

Rostochii: Hallervord, 1638


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727399306>

Druck    Freier  Zugang



PI

Cq-1671<sup>1-10</sup>





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn727399306/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727399306/phys_0004)

DFG

PETRI MEDERI Ceidi-  
nensis Saxonis Transylvani  
Mag. Phil. & P. L. C.

# Anagrammatum


LIBRI TRES.

in quibus


Partim Vitia hujus seculi ut belli  
Causæ breviter perstrin-  
guntur.

Partim Encomia & Laudes  
Generosi, Magnifici, ac Nobi-  
lissimi Viri,

Dn: GULIELMI à CALCHEIM  
cognomento LOHAUSEN,  
delineantur.



Rostochij,  
E bibliopolio HALLERVORDIANO,  
Anno  
M. DCCXXVIII.



Generofus, Magnificus, & Nobiliſſimus Dominus G U L I E L M U S  
C A L C H E I M , Cognomento L O -  
H A U S E N . Generalis Major, Consiliarius intimior, & Bellicus Illustrissimi  
ac Celsissimi Princepis Megapolitani. To-  
parcha Civitatis Rostochiensis. Heros literatissimus, & Literatorum Fautor incomparabilis.

## Anagramma I.

T U Vir magnus egregias res in imo pectoris habes ac sedulo circumfers. Hinc tibi ipſi cum  
Arenui militis, ut olim Cornelius ille: tum alias  
hominis literati glorioſum nomen in patriis oris  
concitasti. Eja mellitissime Magnas! accipe hos  
ſtrigosos ac paunoſiſſimos libellos fronte ac vultu  
hilari.

## Ex. Heoris.

M Agne Vir, Heroum flos, praefantissime ſanguis  
Nobilium generisq; tui pulcherrima Lampas.  
Si quantum faſū, E, cum ſic poſtulat uſus.  
Tu potes eximiā Virtute; Ego dicere ſaltem  
Carminibus poſsem; nemo me promptior effet  
Ingenio ſervire tibi, blandiug; camenis.

LIBER I.

Efferrent alios alij, qui facta parentum  
Adjiciunt operi, prolabosq; ut grande volumen  
Crescat, & clapsis aliquot post prodeat annis,

Tu mibi sufficeres unus: Tu grande volumen  
Scripturo faceres. Quaevis te pagina, quaevis  
Linea cantaret, Cælog extolleret alto:  
Nam seu prima tua bellem fundamina sitæ  
Condere, Virtutum jam tunc se turbatuarum  
Prodidit, hac magnum posset mihi reddere librum:  
Seu magis omisso tenerè lanuginis abo,  
Serius aggrederer seclum, fortissima gestas;  
Mens infracta malis; exercita dextera bellos;  
Fortune casus harij; curæq; viriles:  
Tum peragrat tibi tot vasti climata Mundi:  
Dexteritas ducibusq; fides serbata remotis:  
Religioñis amor; Justi observantia & equi,  
Pluramq; prætere laudam argumenta tuarum,  
Offerrent mihi se. Quid ego? non surda deorum  
Vanaj; supplicib; venerarer numina boatis:  
Non Aganipp'eis undis; Pindiq; recessu;  
Non munstris aliis potius mea cœpta morarer;  
Quin, quoties cuperein flalto me abscindere fulgo,  
Museum peterem; Bel si florentia leti  
Tempora sint beris, campo spaciarer aprico,  
Duxq; comesq; via mihi puso Cbrisus adesset,  
Quanquam nunc etiam, nisi sensu fallar aperito,  
Adst, & hecce mihi puerili distinet ore.

Sed

# ANAGRI. I.

Sed tamen hic, primum viridi mea tempora lauro  
Cingeret, aut hederâ, capiti né forcè nocerent  
Ardores Phœbi, vel terræ noxius humor.  
Nec dubito, quin sèpè mibi monstraret & umbras;  
Et gelidos latices, jam nunc siccata per aestum  
Labra mibi videor limphus immergere ad aures,  
Et celebrare thum cantu, Vir maxime, nomen  
Stare in circuitu, demirariq; canentem  
Montis agos Farnos, & capripedes Satyriscos.  
O utinam verè, non ceu sub imagine somnis,  
Hec fieri videam, non me bocalior alter  
Finibus his esset, nec si Maro surgeret ipse.  
Unum post aliud buxo modularer amica,  
Quo be magis modularer, eò facundior esset.  
Nec minus inde mibi sperarem nominis; At nunc  
Invidâ me bona natura cohervit arcta.  
Hanc etiam minuit comes invidiosa Poëtia  
Pauperies, belliq; furor, quis manibus altis  
Exeat, & lucos capiet? Mars omnia bastabo.  
Vix intrâ portas aliquod tritiale, labore  
Cudimus ingenti metrum, suprà caput astat  
Terror, & excussis, si qua nascenda fuissent  
Dolla; parum restat, quin nos compellat ad armas  
Proq; metro jubeat dare classica signa, canoro.  
O pax, jam multos frustrâ quæsita per annos.  
Quando revertéris? quando tua rura rebis?  
Ut tamen hic etiam recte cognoscere possis,  
Quo te prosequimur, Macanas inclyte, culturess.

## LIBER I.

## ANAGR. I.

De Belli causa, de nostri moribus abis,  
 De salutiferis mediis, atq; arte levandi.  
 Fuisimus exiguum studia inter inertia carmen,  
 Utq; magis placeat diffuso Anagrammate laudu  
 Parcius attingo Gestigia rara tuarum.  
 Quisq; suos abide laudes legit optimus; At qui  
 Criminis in tacito circumfert pessore testem,  
 Nescio sub cujus specie Virtutis, abhorret.

Quicquid erit, quātumq; tibi debobimus uni,  
 Nam si quis recte studia hac expendere nobis.  
 Tu certe nosti, Tu, quem pulcherrima quondam  
 Turba novenarum sacris nutritib; in antris:  
 Nunc etiam bello clarum, rebusq; subinde  
 Egregiis gestis, subdixit ad aethera virtus.

Ergo seu veterum legis ardua gesta Quiritum:  
 Seu contemplaris eel& sagasidera Cœli;  
 Seu, quod conditio statuum turbata requirit,  
 Consilias in pace nova, & moderamine Regni,  
 Partirisq; gravesplacido cum Principe curas;  
 Accipe, quæ ferimus, leto munuscula cultur.  
 Cumq; superfluerit tantum tibi nobilis occi,  
 Perlege, quis peius non unam perdidit horam?  
 Rustica sunt fateor. Quis rusticæ poma recusat?

Tm Gm Mm

Veræ animi reverentia colens

Pet. Mederus Ceidinenis  
 Saxo Transylvan. Mag. Phil.  
 & Poëta L. C.

PRÆFATIO

ad

## LECTOREM

## ANAGRAMMATICA.

1. SCis Lector, his impolitis, vel magis  
neglectis seculis, magnos viros praeconiosus  
suis municiis male destitui. Ignoscas porro mihi, si  
hunc hominem Germanum his insulis & totis a-  
nagrammatibus, non illicet, uti in facili illâ, mollive  
ac liberâ oratione fieri posset, satis circinatum Orbî  
protulero. 2. Nec enim nisi multis & illis laboriosis  
vigiliis egregios mihi latinitatis torno formabis ac  
proferes sentus. Millies ipsas literas nunc huc, nunc  
i luc abiecas ac colloces oportet, si mimorum gra-  
gitus ac scommata devitate velis. Proh homines  
trilingues ac monstra hujus malitiosi te importio. 3.  
Non raro fit, ut ubi in ijs longâ morâ ed labo-  
ratis, cœptam illam telam cogatis projicere, immitis  
tis huc illuc spectans, surgens ac millies inclemi-  
tans: hoc isti loco disconvenit, hoc illi præsertim si  
festinas. Multos hujus generis visito. Igitur si im-  
mittis in me sis, per Lernam, ego salvus hic subsisto. 4.  
Ait si omnino Censorem gestis agere, age inci-  
piro, hac lege, ut miser sis, nî meliora his facias.  
Conscius tibi es virium tuarum? nî pallescas ten-  
tare. Porro, noli mihi oggannic illis inornatis,  
ociosis ac turpibus voculis, ut sunt: oh! fili nui, sc̄

immò prorsus illitteratis: ho, Climelā, S. D. ac mil-  
le similibus. 5. Nimirum istis insulis interfectio-  
nibus, putribus morticiniis Ranagramma alias la-  
tis spirans deflorare: Alij ita ferè licet seribitare:

**Gulielmus Calcheim Cognomento  
Lohausen: En hic magnus homo,  
ceu mas leo, longè cluit. (L omisso)**

Istis pessimis, rusticis homulis nil projicito, & agi-  
to procul. 6. Ut maceratis ingeniolis, ac rostro  
circumcisō, mucosuli, hircosuli, & miserimi, alias  
impigerimi grassatores concinnius cantillare di-  
scant. Alias enim nē semisse aut hillo erunt melio-  
res. Ampullois solum incessitant vulgi bombis:  
Gorgonis Satellites, humoris Pithici potio, & his  
affinibus. 7. His potro strigosis formulis, stolidissi-  
mi isti nugigeruli mirabilia se præstisile arbitriatur,  
Pape ut communis ferimō tē magni faciet. Te lit-  
erorum ac halophantam: Sile, similis es illi Co-  
co, Junonis in Cœlo jactanti congressum ac oscu-  
la. Sunt illa illices nubes, striges, somnium, imò  
nihil. 8. Veilūm uti conjicio, nihil refert, con-  
ferruminatis passim monstrosis imò leprosis stri-  
bliginibus, nec non alijs ociosis ac memphiticis  
verbis, maligno ac dep'orato stultorum gregi, his  
malis seculis ac horis similatā sapientiā illusisse:  
nam congelatum est illi cor hominis, ut ægrè au-  
feulter. 9. Interim benignell Lector, nē forsitan  
ipse

ipse sum morosus, prælibatis his, finem imponam,  
nihil ultimâ sollicitus, nisi ut huicce opusculo inglo-  
rio, alias duro ac operosissimo gratiam conciliem,  
ut sic statim emergat. His ergo Celsissimi illius  
fæclorum Numinis angelo sis curæ. Hic ultrâ tibi  
assistat. 10. Dabam Rostochij, Anno Christi sa-  
prâ millesimum, bis trecentesimum, Tricesimo  
octavo. Inter injuriosos illos belli ac armorum  
strepitus, cum in Germanicis agris nonnihil plus  
nimio sanguinis refusum esset. Ah tu piissime Poli  
ac Soli Sator, satis collisa illie loci egregia gens &c.  
ovile fathiscit,

A 3

Ad Pra-

*Ad Praestantissimum ac Litteratis-  
simum Virum,*

P E T R U M M E D E R U M  
Phil. Mag. & Poëtam elegantem, de in-  
geniosis & terfis ab ipso concin-  
natis anagrammati-  
bus

EPIGRAMMA.

Quando anagrammaticos aliorum vobisere sumi-  
Libros, demirans, illos Libanitide dignos  
Cedro clamabi. Verum, tua, quando Medere,  
Lustrabi, & cum materie felicia metras.  
Verpondi, fulbas, quas fert Paxtolas arenas,  
Deberis, & gemmas, dixi, quas India mittit.  
Sie tua praripiunt alii metagrammata palmas!  
Sic antiquorum chartis certare sidentur!

Raptim deprop.

Georg: Krugk D.

Eri: 254-

*Escriptum*

*In Anagrammatice.*

M: PETRI MEDERI Transylvani  
quæ ille in laudes meritas

*Generosi, Magnifici ac Nobilissimi Viri*

Dn. GULIELMI à CALCHEIM  
cognomento LOHAUSEN &c.  
conscriptis.

de ijsdem ad eundem directum.

PETRUS MEDERUS, eo<sup>is</sup> propria<sup>e</sup>s φίλος, atq;  
Magister,

Sellator Clarii, nec sine laude, dei,  
Sumist materiam scribendi carminis altam,

Dum tecinit laudes, Vir generose, tuas.

Qui de nobilibus proibus, Virtuteq; claris

Es satus, ac ausis fortibus Ipse cluis.

Unde patens illi currendi campus apertus,

Inq; tuas laudes acriter ire datum.

Ex anagrammatibus, quod satq; superg; patebit,

Quia de nominibus condidit ille tuus.

Unde fabere viro jubar*i* non *ad* finem unquam

Gravis *c*ura: clyens sat scio, bester erit.

Nam satis absurdum, si cultor Apollinis audit

Quinquam, Pieridum nec fobet usq; chorum.

M. Johannis Steinij

Pastoris Eccles, apud

Rostoch. Nicol.

A S

Ad

*Ad Eximum Virum*

M. Petrum Mederum, Poëtam,  
laudatissimum, Amicum certum.

*Epigrammatum Trias.*

I.

**I**ngenium Sexas in Martis & artis honore,  
Carmine Calchumium concelebrando tuo.  
Quicquid ait, Petre, dum laudas laudaris & ipse  
Laus tua, tam dignum laude beare virum.

II.

**C**alchumium digno celebrari laudis honore,  
Errariz nibil, hic labor, hoc opus est.

III.

**M**ulti quot fundunt aliorum laude pagellas  
Hos mendacia tot endere, fama docet.  
Si quid ( nil sed erit ) sitio dabitur tibi, culpa  
Deesse aliquid laudum, nil supereesse, tua est.

Sincero affectu compulsus  
tundebat

Georgius Nicolaus Erasmus  
Tytigeta.

MAGL

MAGISTER PETRUS MEDOERUS  
CEYDINENSIS SAXO TRAN.  
SYLVANUS.

Per Anagramma.

Naso desinis esse,

Insignis residet circum tua tempora laurus,

NB. X resolute in duos apices; C S.

Duo Y I, in quatuor IIII.

Elusio.

**N**Asonem celebri meditantur carmine, namq;

Carmenque cecinit perlita melle madens.

Esto! Sed in spicias, quosnam simul tibi Medæri

Vobent linquunt, tollere scriptas fabos.

Materies horum dispar est: miscuit ille

Turpia cum castis; casta sed iste canit.

Materies quamvis dispar est; at sapor idem:

Hyleo siquidem plenus aterq; thymo.

Quam sapiunt, bates, Anagrammata percipis ipse

Nasonis spirant mellis utring fabos! (hacd.

Ab tibi, quæ Veneres, dic quæsò, talia dictant?

Promere, quæ sic te, carmina, Musa docet.

Non miror! Residet circum tuatem aurum

Insignis. Phœbi, aurum, ille docet.

Nasonis formam reddis corpore; verum

ingenio hand Naso desinis esse tuo.

Perge igitur; votis multos extolle Dynastias.

Pramia parva; tamen pramia grata feres.

Gratulabundus accinebat

Benedictus Scherzatei

Cassoyiæ Hung.

VITÆ

## VITÆ

## CURRICULUM.

Generosi, Magnifici ac Nobilissimi  
Domini, Domini GULIELMI CAL-  
CHEI M cognomento LO HAUSEN,  
Generalis Majoris, Consiliarij intimioris  
& bellici Illustrissimi ac Celsissimi Princi-  
pis Megapolitani, Toparchæ Civitatis  
Rostochiensis, &c.

**Q**uem tibi laudo Viruna Lector doctissime, cunctis  
Laudibus est major, nec enim, quicunq[ue]. Ca-  
Exiguâ cantur, non est præstantior in se. (manâ  
Non igitur, si quid mea delirârit amissus,  
In non promeritum debes transcribere culpam.  
Me pete, me lacera. Mea fraust nihil iste, nec ausus.  
Ipse feram, quicquid tibi promeruisse videbor.

Sed neq[ue] longa datum hento preconia. Pictor  
Cùm sulti in tabulâ multos, depingere parvâ,  
Verticibus . . . . . summis hos exprimit. Est q[ui]  
Artis in hoc aliquat. Horibus atq[ue] Poëtis  
Res sunt communes. Quicquid . . . . . ceditur illis,  
His etiam licitum est. Ergo brevitatis uore  
Articulos tantum quosdam ponamus, ut inde  
De reliquâ Lector possu cognoscere sita. 1584.

Quindecies centum, anno de Virgine Christo  
Antri . . . . . numerâ, octogintaq[ue] quatuor annos:

Confa-

Constatib⁹ tibi, quonam sit tempore natus.

Si queras patriam, germano nomine Calcheim⁹.

Obtinuit dicit. Domus est antiqua Lohausen⁹.

Hec dedit in lucem. Cinerum lux optim⁹, salve⁹!

Te puer hic primam lachrymanti voce salutat.

Prætereunt anni septem, præclar⁹ Biponti 1591.

Suscipit egregius puerum virtutibus aula. 1600.

Hic, qui a principibus semper junioribus astut⁹,

Inq⁹ ministerio fidus reperitur; ijsdem

Admotus studi⁹, Lat⁹ fundamina lingue

Firma sat⁹ ponit. Nunc & pulcherrima Maij

Tempora proliciunt animos. Heroica virtus

Non latuisse potest. Jubenum duo tempore moti

Gallica rura petunt. Comes his adjungitur ill⁹.

Mens⁹ octonus hic vigint⁹ peractus. 1602.

Ad notam remeat multo præstantior aulam⁹.

Turpe ratus, si non cum lingua calleat artem⁹.

Advenit interea paulo maturior etas,

Hæc ſbadet tunicam membris aptare virilem⁹.

Nec mora cum Princeps animo bidiffet acuto⁹.

Nobilis ingenij dotes. Age⁹ quid moror⁹ inquit,

Hic mihi nobilium de more cubicula ferbet.

Alter abhinc annus cursum finire solebat, 1604.

Quid facio⁹ dicit. non sic Tyrinthius olim.

Aut Clād⁹; aut calamo decus est insigne parandum.

Hunno ergo petit, milesq⁹ gregarius unā

Sub legione merens consumit quatuor annos⁹.

Non pudor est illi sub dio nocte cibare⁹.

Pro

Pro calamográvem dextrá vibrare sárissam.  
 Nobilis hic etiam commissa cubilia serbans  
 Perstat, & ulterius Domino studet esse fideliū.  
 Non aliud poterit (cuptat modo dicere verum)  
 Dicere Strigonium. Simili ratione subinde  
 Epperiense solum merito se mactat honore.

Sic ubi sit positum famoso nomine castrum  
 Ostian? hic Galidis pugnatnr cominus armis.  
 His quoq; non soluit tantum spectator haberi;  
 Armis congregitar. Nostri quā parte locatum  
 Castellum est Edelin? pariter crudelis est & illic  
 Pugnagratis. Praetor est. Nam pacto fædere pacis,  
 Exaudientur miles dimittitur. Illum  
 Clara Bipontini Comitis desiderat aula. 1608.

Ergo redit, vacuumq; locum, munusq; resumit.  
 Cum ferò dulcis patria teneatur amore,  
 Principe consulo Benit, aduentuq; suorum  
 Exhilarat mentes. Sed Dux hoc Ultimus anno  
 Juliensis obit. Dicitus Comes ante Biponti 1609.  
 In propriam patriam jubet hunc properè ire legato  
 Otto prætereunt menses dum perstat in isto (cum  
 Munere); Sed postquam recte mandata peregit,  
 Arma reassumit. Fert signa, Locumq; -Tententem  
 Mox agit. Heu, quanti cogor meminisse doloris!  
 Obsidione premunt Julianam, Galideq; subinde 1610.  
 Concutiunt muros, urbem siolare solentes.  
 Obsessi contrà pro libertate parati  
 Ferre necem, admotis lassant tormenta fabillis.

ENIMSA

L. I. CURRICULUM.

Fumea præcludit spectantibus æstiva nubes,  
Inconat horrificum diffuso murmure cœlum.  
Dum sic pugnatur, dextrum crux icitur illis,  
Sicq; pedem amittit. Bellum nihilominus urget  
Altera donec adest messis, tunc ocia natus 1612  
Non ad desidiam fertur, laiusq; procaces;  
Exercetur ei, quam jam perceperat antea.  
Nomen ei magnum quondam paritura Mathefis.  
O vero generosum avitum! neq; dignius illo  
Tempore tristissimum studium, mox praterit annus,  
Eligitur Casar Mathias, adjuvans acsus. 1612

Hughestū remeat. Junior pro tempore Princeps, 1613.  
At nunc Elector per Brandenburgica regna  
Vesalicis adhibet. duodenū mense peracto,  
Dux Brunsvicensis missō diplomate Serbiis  
Sollicitat blandis, Veniat, capiatq; pedestres  
Sollertiaq; regat. Capitanus arte cohorte.

Inde joanne Sigismu<sup>na</sup> Eleflore Socante,  
Adsolat. Hic post à statione priore, cohorte  
A Pretore suum nomen sumentis, eodem  
Tempore, quo venit, Praefectus ritè creature  
Dum in officio, dum tertia praterit astas.  
Quām landabiliter, melius tibi Marchia dicet,  
Prussiacumq; solum, tenuis, quām nostra Camæna.

Fortè jugum Moschus vult excusisse Poloni  
Serbitio fessus. Princeps validissimus illo  
Tempore; Rex hodiè sumptus metuendus in armis,  
Uladilaus ei crudelitatem minans,

Corona

*Corripit arma ferox, justissima corripit arma,  
Debellat uras Domino comitante superbos.*

*Missus ad hunc etiā solito de more legat⁹, Lublin  
Fidig Serba sui gratiā Principis adfert. nū in Po-  
Sciteris tempis, quo sint hęc gesta, proinde Ioniā.  
Sedecies centum numera, septemq; decemq; 1617.  
Cercus eris. Rursū bis sex super adjice menses, 1618.  
Munus idem per agit; nam conam Principe doct⁹,  
Principe Mauricio de rebus tractat ijsdem.*

*Fama viri properè crescit Vix inde reberſo; 1619.  
Silesia proceres missis binc inde libertis,  
Sepiū ostendunt, cuius teneantur amore,  
Utg sit Elektor facilis, rogando Legatum  
Mutuō depositum legioni ferre pedestris.  
Annuit optatis. GULIELMUM mittit; at agrē.  
Nemo sibi facile fidum concedit amicum  
Abelli. Quiequis tali se pignore pribat,  
Non bonus est Princeps. Sed nec laudabilis ille,  
Qui non Principibus Regni statibusq; mobetur.*

*Tres & Viginti menses hoc munere functus, 1620.  
Cum male res essent Prage prop̄ mania gestae,  
Ita parte loci, quā Mins ostenditur Albus:  
Respicens communē bonum, Patriaq; salutem,  
Ergo nihil superest de tot mihi milibus, inquit,  
Quid facio ē dulcēm Republica pressa medetim  
Poscit; at unius nullo sunt pondere vires.  
Multā qui den video, que commodi priua jubarēnt,  
Sed patrie videar misera sic prodere causam,*

Non

Non mibi sibi soli natus : neq; talia vita  
 Facta mea & turpem Valeant aspergere labem;  
 Pinguior illa quidem longe, sed honestior haec est  
 Conditio. Tu prima Vale. Deliberat omnes  
 Antea quam faciat, prudenti pectore, casus.

Postquam fixa sedet firmæ sententia mentis,  
 Adiugubare tuas Guli Brandenburgice partes,  
 Marchio Joannes idemq; vocate Georgius ;  
 Stat numerosa cohors, faciles stant ordine turmæ.  
 Ipse inter primos Belli curare paratus,  
 Precipue verò, quibus haud est major in Orbe  
 Pestis, in humanam fabricata inventaq; cladem,  
 Ingentes jamjam crepitus tormenta daturum,  
 Oreg fulmineo ferrum excussura rotundum,  
 Suscipit. Hoc tanto seniuntq; intrantq; timore  
 Hungariam. Vibebat adhuc sceptrumq; tenebat  
 Marte ferox Bethlen Stirpis lux maxima Gabore  
 Huic sece associant. Heros hic noster, eodem  
 Munere firmatur, supra tormenta priora  
 Accipit innumerum numerum, seniuntq; parati  
 Sternere, quicquid obest, etiam si nubibus altis  
 Si fieri possit, duplo sit celsiss. Ergo  
 Vatibi Posonium nimis urbs fitiata papatu,  
 Vt Scalitz tibi, ni supplex tua mania pandas.  
 Nec te defendes Strasnitz; licet omnia Berzes,  
 Omnia sunt frustra. Victoribus omnia vita  
 Diripienda dabis, que sunt tibi chama superbois.

Quid

Quid tu consilij capies, ubi bideris tra  
Vt sselium <sup>2</sup> mihi crede, cades, age, fæder a Paci,  
Fæder a Paci ini. Numerum si forte requiras  
Armatorum hominū; tot sunt, quot in aquore pisces;  
Quot strepitant foliū astib⁹ tempore sylva;  
Quot muscas aér, quot profert gravina tellus.

Fingo, quod est falsum. Bos obſectionib⁹ iſi⁹  
Sensisse is adhuc, quam certos dirigat illas;  
Non etenim fruſtrā colitur diſima Matheſis.

Ast bene, quod pax fit, nam paulo mīor ira  
Armag⁹ deponit Caſar, mentesq⁹ bicifſim⁹ 1623.  
Inter ſe coēunt. Miles dimittitur. Ipſe  
Silesiam tranſit. Contrā quem geſſerat armas,  
Non timet Archiducem ſtrips te Carole, ſumma,  
Austriacaq⁹ domus columen. Quid non timet? imo  
Hospitio excipitur. Charifſim⁹ hōſpes habetur.  
O animos berè fortes? non vindicas ille; (aulam  
Non timet hic hōſtem. Mox Brandenburgiam ad  
Fertur. Ibi placide ſpacium tr̄n. eſtre moratur  
In patriam tendit. Comes Oldenburgicus autem  
Illiū advenit latus, Quò tendit? apud me  
Te retinebo, refert. geminosq⁹ retentus ad annos  
Et biā tres menses, bene Consiliarij obibit  
Munera privat⁹. Quoties venit aſſio, reſq⁹  
Militiam ſpectans, ad eum defertur; at ille  
Ut Praefectus agit, Dominog⁹ fideler aſtata.

Hic ita transactis, à Dano Rege vocatus, 1625.  
E caſtris in caſtra venit. Consulitus habetur

Belli-

Bellicus : Est generalis Commissarius; idem  
Prefectus Vigilum est : Legionis & inde Tribunus,  
De Praetore suum legionis nomen habentis.

Anno sedecies conteno, bisq. tredeno 1626

Sedecimo Augusti Mensis, Luterina geruntur  
Pralia, cum multo madefit Barnberga cruento;  
A Tillo capitul. Cui Bruns<sup>g</sup>icensia non sunt  
Oppida nota satis, querat, quā parte vocata  
Urbs Bocklenbeinum jaceat. Captibus in illam  
Ducitur, & longo cruciatur carcere; quamvis  
Non fuerit carcer, curācum liber ab omni  
Ediderit praelara sua monumenta quietia.  
Seu captus, seu liber erat, nihilominus otio  
Atq. decem Lunas dicta consumit in urbe.

Posthac exemptus Bremā proficiscitur, illie 1628.

Primas militie partes, orante Senatu,

Accipit, acceptas geminos moderatur in annos.

Et, nē nulla sue Mundo det pignora vita,

Molitur socij placidissima fædera letitia.

Laude pudicitie longe celeberrima Nympha

Non procul inde cluit, que Magdalena vocatur,

Illi patriam queras? ea dicta Stralendorff

Talibus a radis, credo, sua nomina traxit.

Hec placet, huic optat per sacra jugalia jungi.

Interea Megalespoleos Dux inclitus illum

Evocat. Hinc iterum, (serum statione retentus)

Ad Sveciæ Regem Gustavum transit Adolphum.

Si memor es, quibus officijs servaberit ante

Dans-

Danorum Regis, Sþeciae nunc servit iudem.  
 Plim rāmen huic prodest; nam plures obserdet urbē  
 Incursum premit vario. Tu quippe Sþerinum  
 Ielibus innumeris laceratum, mania pandus,  
 Suppliciterq; petu seniam. Subit alter ab ipso  
 Varnemunda labor, facilisq; breviusq; futurū;  
 At non Rostochium pariter, majoribus illis  
 Est opus auxiliis, donec sua mania pandit.

Sexaginta puto stadiis bac distat ab urbe,  
 Urbs Damittenensis. Capitur, dominiq; priores  
 Quambis inviti, cedunt, urbemq; relinquent.

Post aliquot menses Urbs VVissmariensis iudea  
 Hospitibus purgata, Sþeco conferre tributum  
 Cogitur, En quantum possit Calcheimia Virtus.  
 Jamq; repurgato paulum respirat ab hoste,  
 Grataturq; sibi de tali sorte Ducatus.

At nē desidiā miles frangatur inerti; 1631  
 Albim transmittit fluminū. Proficiuntur unā  
 Marschallus, regni Sþeciae, Campestris, Achatt  
 Nomen habens fidis. (Tott est cognomine dictus.)  
 Viribua hī junctis, & sabi fulmine Martis  
 Buxthondam quatuerunt urbem, capiuntq; rebellēn-

Hernburgum parbus locus est, neg manibus ali.  
 Cingitur; at minimē caussam capiendus ob istam;  
 Si modo Vir intus fortis dejecerit hostem.  
 Tu Pappenheimi melius, fortissime, nostis,  
 Dicere quām possim. Venis hic hostilibus armis,  
 Oppugnas extrā, Calcheim propugnat at intrat.

L. I. CURRICULUM.

Vix me posse tuis credo numerare cohortes;  
Huic est parva manus, indolta infestaq; bello:  
Laude nihil dignum peragis; sed turpiter inde  
Cogeris infelix iterum discedere rebus.

Inde Ducti junctus, cui dat cognomina Luna, 1632.  
Nomine sed proprio gaudetq; Vigetq; Georgi;  
More Duderstadtum solito cingitq; premitq;  
Obsidione truci, donec se dedidit ultrò.

Cingitur & VVolfenbutium. Sed Saxone preffe  
Deseritur, nè, si nolint succurrere, rebus  
Officiant propriis. Post mortem Regis acerbam,  
Kemnicium cogunt se dedere, Zwicklabiumq;

Paulò post suauu Bernardi Principis, atq; 1633.  
Magni Oxenstirni iussu Franconibus arma  
Infert, hic iterum quasadam capit, & domat urbes.  
Inter eas Staffelsteinum, Bambergam, & Hohenfelsam,  
Atq; Eschenbachium numera. Sic quicquid in iste  
Temporis efficitur spacio laudabile; quicquid  
Victoris dignum geritur per secula chartis:  
Partim Consilijs; Galidis partim adjuvat armis.

Plura quidem facturus erat; sed scribitur illi:  
Ocyus ut redeat: quia Magdenburgica ceſſet  
Rectio, quam dudum Regis suprema voluntas  
Demandasset ei. non amplius ergo moratus  
Intuit in officium, magnog; labore gubernat.

Tres abeunt anni, parva obſidione petitus,  
Ob cauſas gravidæ, Domino suadente ſupremo,  
Salvus & incolumis dicta ſecedit ab urbe.

Hæte-

L. I. VITÆ CURRICULEM.

Hattenus ergò satu spectatū rebus in artis, 1636.  
Dux Megalespoleos, Princeps Fridericus Adolphus,  
Major laude meā, digno Generatur honore,  
Mæniag̃ commendat ei præclara Rosarum,  
Nostrorum matrem studiorum, Heliconaq̃ Mūsis  
Mūsis Teutonicis sacrum, sedemq̃ quietam.

Qualiter hanc spartā moderetur Belliger Heros,  
Omnibus est notum. Justi studiosior illo  
Esse potest nemo: Nemo vigil antior. Iſam  
Quisq̃ sīro trāuit laudem non līvidus. Ecce  
Alma Themis Mūse, tibi sīrī inclyte, grata  
Gessite de sīridi ponunt communiter aram.

At q̃ ita percurri Lector Doctissime, sitam  
Egregij fortisq; virtus; Si sat benē; laetus;  
Si minus, ut minimē dubito; Sit grata Voluntas;  
Nam si cuncta belim didulce dicere versu,  
Ut sunt gesta quidem diuerso tempore; arenae  
Litoris immensi numero comprehendere tentem.  
O utinam saltem quedam narrare licet  
Consilia & casus; siquidem iunc carmina satum  
Pondus habere solent, animamq; ubi cuncta seorsim  
Sunt breviter tractata filio consulta decenti:  
Consilijs alter, GULIELMUS Achitophel esset.  
Nunc mibi nec tantum, ut video, conceditur oct;  
Nec, si conditio ponatur, forte subirem  
Officium: tenues mihi sunt in carmina venes.

Tu ut

## ANAGR. XII.

TU, ut Jaspis nitidissimus, purissimo ac preciosissimo Metallo inclusus,  
illucescis. Hinc non facilis res mihi erit, illicō nimis magnam tui nominis gloriam  
ac tot honores, ullo tinnitu celebrare.  
Tentabo, tamen, pererrabo varia, semel  
hos aggressus colles. Rogo igitur piē, ut  
mihi sis mitis ac facilis.

<sup>Ex. Beatis.</sup>

Principiō rerum fons est & origo supremus  
Omnipotensq; Deus; nā cum mādaret, ut essent,  
Continuō cōpere suo fundamine niti.

Prima rudis moles facies erat, inde repente,  
Omnia que claudunt triplicis confinia Mundi,  
Principiente Deo, propriā concrescere formā,  
Sortitq; suam sensim cōpere figurā.  
Lux, Cælum, Tellus, Animalia, Sydera, Plantæ,  
Nebē nōbūm Reatore suo Politeumā careret  
Illiū ipse sibi primas p̄sērbat habendas;  
Prestanti reliquis homini Virtute, secundas,  
Datq; jubetq; regi. Stant hæc primordia regni,  
Donec in irarum fluctuā concordia fratrū  
Vertitur, & tellus humana cede madescit.

Hic primum sc̄e tam fedi criminis author,  
Et p̄t̄is affliti longè sceleratior bares,

L. I. ANAGR: XII.

Segregat excussoq; iugō imperioq; paterno,  
Solis ad exortus fugit. & nova mœnia condit.

Interea crescent homines, hominomq; reatus,  
Injustusq; premit justum, Confunditur omnis  
Natura series; Semperq; parentibus ipsis  
Deterior soboles crevit. Deus ergo scelestos  
Diluvio perdit, justo remanente Noacho.

Hic tantam generis cladem tantamq; suorum  
Confarcire studet prescripta lege ruinam:  
Sed nihil humane possunt sine Numine vires:  
Nemo ex prescripto vult bibere, nemo statutis  
Obsequitur justis, Regnat pro lege libido.  
Quid faciat Dominus & posset recludere calvum?  
Ætheris obstrictas posset reserare fenestras,  
Et scelerum ultores imbras plusiag; vocare?  
Non facit. Obstacul ei vario decorata colore  
Iris, at ut post hac quedam moderatio fiat,  
Illustres virtute viros diadema donat,  
Subjicit his alios. Statuit bona premia iustius?  
Injustos punire jubet. Sua cuiq; tenenda est  
Condition. Quorsum, dices, ea cuncta recenses?  
Sunt mihi nota satia. Respondeo. Non satis hoc est.  
Plura sub his latitant. Hujus Dei ordinis Author  
Sepius a populis sceptrum Regale superbis  
Abstulit, ut quemvis possunt exempla docere.

Summa potestatis Mundiq; Monarchia primis  
Stat penes Assyrios; verum male viribus usi  
Amittunt, Mediq; tenent. Post Persica caput.

Denia

L. I. ANAGR. XII.

Dixi nulla diu possunt consistere Regna,  
Cum vel Praefecti nimia ambitione timorem  
Projiciunt Domini; vel quos parere decebat,  
Rectorem excutiunt. Quis non exaestuet ira.  
Cum sua contemni bidet humanissima jura?

Tu quia perpetuo cluis & studiosus es equis,  
Germanumq; reples magnis Virtutibus orbem:  
Instar Chrysolithi, purum quem claudit obrizum,  
Illustras nitidam radiorum luce tenebras.  
Hinc te, quisq; bonus tacito generatur amore,  
Et Princeps colit ipse tuus. Quid plura rebols am?  
Vix ingressus eras Urbem, studiosa juventus  
Confluit, ingq; choros pulchre dialis venustos,  
Quo Phœbus solet, eximio te malat honore,  
Quodq; magis, repetit. Spectator adhæreo turbæ.

Et jam finis adest. Disceditur. Audio dicit  
Vive diu noster Mæcanas, inclite Magnas,  
Longè plura tibi debet dévotio nostra.  
Hac vice, quod potuit, fecit, Quod restat, amabo  
Nos tibi dévotos semper tucare clientes.

Ipse etiam Senio cantor numerosus & horum  
Rara lego quamvis alia festigia formar,  
Carmen in obscuro canto, ladesq; relittas,  
In fasces redigo, ceu, qui post terga metentum  
Colligit intactas spicas, neglettagrana.  
Difficile est, fateor; Sed nunc in collibus erro,  
Ergo pererrandi, donec stipa vero cellas.  
Tu mibi sis facilis, spiret mihi dulce Fasont  
Flamen & aurata. Sed nunc ad cæteram pergo.

## ANAGR: XIII.

**U**Rbs prosperis utens successibus felicitas est magna. Huic sunt omnia. Si hæc sit incolumis, Religio, Honestas, cuncta illi sunt integra; Ast si fortassis moliminū vi hæc collabescat, limosi, mali, horridi, rigorosi illegitimi mores ei regnare occipiunt. Imo omnia simul in illâ pessum iri oportet.

Πόλις γάρ δέ αριστή, μεγάλη δέ θυσία  
εστί, καὶ ἐν τέτοια πάντα ἔνι. καὶ τά-  
του σωζομένης πάντα σώζεται, καὶ τά-  
τος φθειρομένης, ταῦ πάντας διαφθείρε-  
ται. Polydorus.

"Εὐθεσίς.

**E**rgo recollectis, quæ paulò diximus antea,  
Clare perspicitur, quod semina prima malorum  
Sint peccata quidem. Virium generalia sunt hæc.  
Sciens, quænam reliquias graviora putentur,  
Non putos; sed plane menti suffragor eorum,  
Qui tria principia tali sub nomine damnant;  
Si quis despiciat summi præcepta Tonantis:  
Si pro Justitia pestis contraria regnet:  
Si, quod ad hanc vitam Deus ipse creabit alendam,  
Dilapidet Luxus. Placeat hæc memorabile dictum

Cujus-

L. I. ANAGR: XIII.

Cujusdam veteris g̃iri doct̃ig̃ noscere;  
Hic, contemptus ait, bellum de cardine mentes,  
Injustum leges necat, & suffocat amorem  
Principum stirpes mala dilapidatio perdit.  
Aurea vox certe, neq; bel praclarus Apollo,  
Aptissim Argib⁹ quicquam sonuisse ab Antri⁹

Sit mihi fas veterum quandoq; exempla citare;  
Hac melius pascunt. Superum Magnalia quandam  
Soli Judaica fuerunt concredita Gentis,  
Hac tamen à resto quoties exorbitat, acrem  
In se convertit divini numinis iram.

Nunc Madianitis nunc est subjecta Philistim⁹  
Nunc Canaanorum; nunc est ancilla Syrorum,  
Quin etiam non raro suis se cedibus ipsa  
Conterit, & solidas exhaustis s̃iribus arbes.  
Hos fructus Contemptus habet. Nunc dissipate qualis  
Hoc etiam nostro facies sit tempore rerum,  
Hec Schola te faciet, sub his inquirere, doctum.

Nemo tamen credat, quod sit sententia nostra;  
Has vitij species nullo fulcimine nitit.  
Edictis constare potest, quo tempore primum  
Hac mala dirarum sit nata propago sororum⁹  
Cum Mundo caput, cum Mundo desinet esse.  
Ergo sicut humi fixis radicibus haret  
Sacra Jobi Porco, subibus gratissima quercus;  
Principue si multa s̃irum jam secula vincat,  
Sic et tot spaciis annorum crebit, & omnes  
Terrarum tractus fixa radice replebit.

L. I. ANAGR. XIII.

Ac licet agricultores ruris cibellere tentent,  
Projiciantq; foras; tamen heu! molimine bane,  
Seg; suosq; boves, noctesq; diesq; fatigant.  
Multæ mihi dicenda forent, si nomina bellum  
Omnia radicum patulas efferre sub auras;  
Sed neg; lex satum tantum indulgere videtur,  
Turpe putant, quiquam si pulbere sudet eodem.  
Exhortandus equus, modicum excurramus oportet.

Sæpè prophetarum moniti sunt voce Iudei,  
Nè sacra calcarent pedibus divina prophanis,  
Proq; Deo colerent vicina numina Gentis,  
Astartoth, Vitulos, Molechum, Dagona, Baalim,  
Quasq; caput suprà nostrum Fabricator Olympi  
Sublimi nitidas suspéndit in aethere stellas.  
Euentum quaris? renuant parers. Prophetas  
E medio tollunt, faciunt idola frequentes,  
Collibus in cunctis adolescent, in cespite quodie  
Vicima casa cadit ficto devota Baalim.  
Num pejus gens ulla potest siccissè priorum?

Hinc quoq; voce Dei Jeremias increpat illos,  
Semper (ait) tecum Iuda contendit, tuqz  
Semine, mitte tuos, ad Cetim, mitte legatos,  
Illorumq; nota mores, profisciscere Cedar,  
Vestigiaq; procul, nihil intermitte locorum,  
Ut videas, nunquid, quamvis gens barbara mutet,  
Quod semel agnoscit vero pro numine numen?  
Tu tamen, ecce tui negligis præcepta Tonantis,  
Suppliciterq; colis manum figmenta tuarum.

Horre-

L. I. ANAGR. XIII.

Horrefcant Cœli, tellus commota tremiscat !  
Gens mea dupliciter peccat, Me fonte relicto,  
Limosos fodunt putoes, turpes lacunas,  
Frons est dura tibi; frons est meretricia, quamvis  
Diceret me blando consueveris ore maritum:  
Nam fugiens, simul innumeros sectaris amores,  
Hec & plura tibi codex sacer ille ministrat,  
Hinc pete, quisquis abes, nos longius ire getamur.

Ergo revertentes dicta quod in arbore restat,  
Perficiamus opus. Truncum descripsimus ante,  
Nunc ne truncatibi demus quoq. carmina, Lector,  
Predicitas huius species tres nomino ramos.  
Quemlibet illorum sua germina rite sequuntur  
Christe fave cæptis: nam dum regnantia passim  
Crimina consector, pariter tua iussa capesso.

DE ATHEISMO.

Quisque in hoc Mædo nō est peregrinus & hoc  
Projectos videt esse pios, florere Tyrānos, (spes  
Conati fuerunt veras deprendere causas,  
Prestantes docti viri. labor irritus omnis  
Infelixq. fuit. Solum Schola Spiritus alti,  
Itius documenta sibi causaq. reservat,  
Quam quia riserunt, deliramenta fecuti,  
Rectorem Mundi Dominumq. Deumq. negarunt  
Hi res fortuitus factas concursibus omnes  
Esse putaverunt. Hinc Atheos, Ag-Theismus  
Principium traxit, multa levitatis amore

L. I. ANAGR: XIII.

Illicitas artes, maledictaq carmina Mundum  
Edocuere rudent. Sub tempore cœpit eodem  
Ludificare fidem, spretor perjurus & audax.  
Hos omnes uno flulto vocat ordine David:  
Stultus, (ait) negat esse Deum. Quid colligis, inqvis,  
Nempe quod hoc biras jam tunc sitiaherit Orbem.  
Forsitan illorum cupies cognoscere vitam.  
Ipsorum verbis Salomon describit & inquit: Sap.  
Tempora plena malis parvo decurrimus ab eo,  
Cumq; semel triplices flamam rupere sorores,  
Nemo redit nostrum. Casu primordia vita  
Sumsimus; emorimur casu, nosq; bicissim  
Spiritus emigrat vacuas, ceu fumus, in auras,  
Ceu veniente die, nocturno frigore nata  
Disperent nebulæ, nocturnæ diffugit umbra;  
Sic, ubi jam fati supremaq; venerit hora,  
In nihilum nostri redigetur anhelitus oris.  
Turpia tunc nostrum tollent oblibia nomen,  
Obducetq; sius, quicquid bene fecimus unquam.  
Hue igitur socij, dum nos permiserit etas;  
Flore jubentutis nostræ vitaq; fruamur:  
Vina coronemus; redimamus tempora fertis;  
Balsama poscamus; succos repetamus odoros.  
Prata rosas, campi canentia lilia fundunt.  
Quid cessamus adhuc, quin luxuriamus in illis,  
Letitiamq; loco nostram testamur in omni?  
Tales revera gratius peccare bidentur,  
Quam, quibus Heretico mens est infecta veneno:

Nam

L. I. ANAGR: XIII.

Nam licet hos etiam graviter delinquere constet,  
Se tamen aeternam credunt cum re salutem,  
Cum statuas reverenter habent; cum poplite flexo,  
Cum prece composita, fabrefactum numen adorant.  
Scimus adhuc aliquem tales retinere timorem,  
Nec planè nullo vitæ moderamine ferri;  
E contra primi, pietatis lege soluta,  
Immani superant Lybicos feritatem Leones.

DE DOLIS ET MALE-  
DICTIS.

**A**ltera contemptus Species est; dicere falsum;  
Utg, fidem facias, divino nomine abutis,  
Multi quos regnum penes est, regnq, potestas,  
Ne quis in hoc punto peccet, prohibere solentes,  
Usi consilio procerum, mandata tuleres,  
Nebè bigore suo nobiter data iussa carerent,  
In transgressorem penas si atuere cruentas.  
Sed velut unda furens rapido de vertice montis,  
Volgitur in flagnum resuum, ripisq, minatur,  
Turbida vorticibus, donec simul agmine fallo,  
Ex improviso quavis obstacula rumpat;  
Sic hydra multorum capitum, variabile bulgo,  
Seditione potens, primùm fera murmur a misere,  
Mox ubi collectis cernit se viribus esse,  
Perterebrat leges, parvoq, foramine facto,  
Exonerat se, pleno dum perfluat alveo.  
Quares unde suum soboles hac traxerit ortum;

B. 3 N. 100

L. I. ANAGR. XIII.

Nam non est dubium, quin hac quoq; sede moretur,  
Nemo fugit patriam. Sit fas mihi pandere hemi;  
Credo bides, quā parte prius putredine pisces  
Puteat infectus. Viciatā sede cerebri.  
Vicinas etiam facile est corrumpere partes.  
E Regum omnibus primum prospere exigit,  
Post hec nobilium validas penetrabit in arces.  
Mox etiam miles, Dominorum more suorum,  
Non timuit falsō Cœlum pro teste citare;  
Non satis hoc fuerat; portis ac mænibus alis  
Debebat recipi. Ne vel private superstitione  
Ulla dominus, tali non commaculata veneno.  
Da puerum, qui deniqueat modo dicere herba,  
Dispeream, si non prestat jurando Magistrum  
Quis queſo docuit, si non docuere parentes?  
Curre per annales veterum fastosq; dierum,  
Historicos omnes, omnes ebulle Poetas.  
Aspice Judæos, Romanos aspice priscos.  
Aspice Sarcinios, blasphemos aspice Turcas;  
Et quascund; Soles Cœli sub cardine gentes;  
Crede mihi, nusquam major reperitur abusus.  
Conquerimurq; tamen, quoties pia numina, Batæ  
Inspectæ, lacerant armis Cibilibus Orbem.  
Ecce dies veniet, rebirescent corpora nostra,  
Et coram Domino stabunt. Mahometica surget  
Natio, Christicolas (heu!) damnatura putatos.  
Crimine si parvo cibem quis ledat honestum,  
Ilicet vel furca clamant vel carcere dignum;

At se

At si quis Domini laedat Generabile nomen;  
 Si Sacramentis aliquis bis mille tonaris;  
 Nemo solet frido Sindex procedere jure.  
 Nempe quibus tales fuerint punire decorum;  
 Plus alii tñt scabie sitioq; laborant.  
 Plurima jam dñlis opponi posse fatemur;  
 Litteris immensi sed nos modo radimus oramus.

### DE MAGIA seu VENEFICIIS.

**T**ertia, que sequitur proles, mala carmina Cir-  
 Serpit in occulto; neg; se cõmittit in aurā; (cessat)  
 At pius hanc aquē cernit Deus, atq; priores;  
 Nec minus, addictos illi, transmittit ad orcum.  
 Sunt duæ præcipue magiaæ discrimina linguae,  
 Per prius illorum vario Phantasmate ludens,  
 Semiboves homines antiquis decipit anguis.  
 Si dubites forsan, dillis conferre licebit,  
 Quæ contræ magicas Bodinius differit artes,  
 Admiranda quidem, sed non imitanda videbis.  
 Nec quia clam serpit, paucos ea pestis inescat.  
 Forte tenet sceptrum per Gallica rura superbum,  
 Carolus istius nonus tunc nominis heres,  
 Ecce Veneficii Princeps in crimine captus,  
 E solis tantum, quater octo millia Gallis,  
 Hactam pestiferâ pollutos labe fatetur  
 Ab eterne Deus, scelerum ab justissime Sindex!  
 Tanta latè patet fraus hæc Satanaq; potestus?

L. I. ANAGR. XIII.

At quibus est animus paulo sapientior, horum  
Callidus obtundit recti sub imagine & sum.  
Nobi, qui monitus, nō tam negligenter haberet  
Verba Dei, saperet, jam jam sub judice Christo,  
Quomodo dispenset rationem quemq; daturum,  
Iudicis ad vocem genuit, voluitq; redire;  
Serbus erat, serò frustiq; redire solebat.

Rimaris causam? Scimus quod codice sacro  
Tesse, Sathan possit varias assumere formas.  
Non semper dentes solet ostentare leonis,  
Aut niger apparet, velut luna in pariete pictor  
Delineare solet; dentes occultat & unguis.  
Candorem simulat, speciem pietatis ad umbras,  
Si cui displiceat quicquam fortasse priorum,  
Non ideo, quā binthus erat, sit compede liber,  
Induit Angelicos habitus, effingit amorem,  
Blandicias miscet, jam qui non noberit illum,  
Pejeret esse probum: Gabrielem pejeret esse.  
Quod verò fugiunt dubitis in rebus ad hostem,  
Solve agit fastus: nam quosdam cura fatigat,  
Scire, quid illorum procul in regione geratur.  
Impellit quosdam scelerata libido nocendi,  
Non nullis animus gestit praescire futura.  
Hic venit, ut magno quondam decoretur honore,  
Ille timet mortem, magnam timet iste ruinam,  
Deniq; si centum lingua sint oraq; centum,  
Nemo tamen possit votorum dicere summam.  
Hinc tot manarunt & ej nomina probris,

Primus

Primus habet sortes; genitos probat igne secundus;  
 Tertius incantat, sequitur & aga somnia quartus;  
 Pytho sat quintus; Sextus divinat ab extis:  
 Septimus à corbis, Octabus pendet ab umbris:  
 Exprimit è manum d'igitis onusta nonus.  
 È rapidis decimo flammis responsa petuntur.  
 Nec desunt, etiam docti, qui sydera Mundi,  
 Suspensis animis plus quam reverenter adoren.

Quid faciant alij, &atum non explicet ullus:  
 Nā neq; certus erit numerus; neq; nomina cunctis.  
 Hoc te non fallat, quod nūl &astissima Mundi  
 Machina contineat. Scelerata subjacet arti,

Quo punire soles patrato criminē fures,  
 Ad fraudes adhibent probrosum infameq; lignū.  
 Hec ars è tumulis calvæs conquirit inanes:  
 Hec suspensorum funes; hac virus equarum.  
 Hec upupa crista, latices hac fontis Averniz.  
 Hec Domini corpus &etitum convertit in usum.

Quæsò, quid efficiūt? etenim brevis inde resultat.  
 Nec, nisi iudicio fallar, simulata Voluptas.  
 Interè nobis Sathan infensissimus hostis,  
 Tam bene delusos nāsō suspendit adanco:  
 Nam vident insig' nem ruere in sua retia prædam.

Parcite bos rerum Dominis; mea Musa nocentes  
 Persequitur mores; famam non ludit honestam.  
 Quæsibi, quanam sedes sit germinis hujus?  
 Omnes me stultum dicunt, qui talia quæmm:  
 Nostradamus enim quodam quæsitus ab Anglo,

MARCO

Maximè honoratum sese respondit in aula.  
Sanc si quisquam longè retro acta rebusat,  
Exemplum Pharaonis idem testatur & Achab.

## DE INJUSTITIA.

**H**Altensus ergò tibi prēmī malā germina Rami  
Expedi, quanta potui brevitate, fideq;  
Accipe nunc etiam secundum sperma secundi,  
Ninus ut imperit fines extenderet, armis  
Vicinas primū gentes socialibus, omnes  
Subiicit, hinc animo tentat majore remotus,  
Insuet asq; docet patienter ferre capistrum.  
Post obitum Nini, sexum mentita virilem,  
Finibus imperit Sogdos Semiramis additi  
Inde per annorum fluxus Vesana libido  
Crescit, & immensum passim sibi subiugat Orbem.  
Ut tamen ē bisu constat Danielis; alebat  
Fundus quemq; suus. Non vestigalia Princeps  
Poscebat supra sortem: non magna laborum  
Congeries, magno turgebat & ubere fructu:  
Sepe die media, cum Sol rapidissimus esset,  
Turba colonorum sese referebat in umbram,  
Aut ductura lepes, Fauno modulante, choreas;  
Aut flatura grabens seculo pettore somnum.  
Interea socius taurus consorsq; laboris,  
Leto pererrabat; sed non sine compare, prat.  
Jam cui non planè gelidus præcordia sanguis  
Occupat, hoc isti nostrus benē conferat abum.

Imbel.

L. I. ANAC: XIII.

Imbellis populus proprio procul exul ab agro  
Palabundus abiit. Quidam de more ferarum  
In lustris errant, cibus his insatabis inanem.  
Exsaturat stomachum, sibi am sapientia poma.  
Quidam, nec pauci, jejunia longa ferendo  
Defunctis facti similes, sibi ossibus inherent;  
Et tamen esurie circa stimulante ficiq;  
Viribus exhaustis urbes, vicinag latè  
Oppida, spe vitiis, laceri sine fine pererranti.  
Et jam, quandoquidem semper sit major egestas,  
Panè fores frangunt, solatia parba petentes.  
Ah quoties solitum tremulantibz boce querelam  
Ingeminant; O Mors! o inexorabile fatum!  
Quid bibo morior q; simul? si funeris hora  
Advenit, emoriar. Placet hanc concludere vitam.  
Ut nemo redeat, tamen est medicina malorum.  
Nam neq; si vivam, rursus dilecta videbo  
Rura: Tenet alit, Domus est exusta, meorum  
Nil superest usquam, tauros quoq; miles abegite  
Spem pacis faciunt. Pacis spe laetus inani?  
Esto tamen. Liceat quandam mibi singere pacem,  
Nonne domi cogar domino servire Tyranno?  
Dulcior haude quidem multò mibi vita fuisset.  
Ergo quod innumeris precibus bonus q; poposci,  
Emoriar, videant q; sum mea membra sepulchræ.  
Non est de nihilo miseræ querimonia apiebus;  
Nam sicut pisces pisces deglutit, eoz  
Crescit: Sic etiam depascit dives egenum;

Nec,

Nec, nisi depascatis, credit se vivere posse.  
 Qui causas querunt, non exclamare ferentur;  
 Non satis hic vigilat magnorum cum virorum,  
 Quis cunctis placuisse potest? ne Jupiter ipse.  
 Oppositis ferimur votis. Vult nabita bentos,  
 Cum messor declinat eos: qui semina sulcis  
 Credidit exoptat pluviam, aversatur eandem  
 Tunc iter ingressus. Sic in contraria semper  
 Nitimus. Handrenuam multos tamen esse potentius,  
 Qui nihil omittant technas fabricare recentes,  
 Ut populum spolient magno sudore paratis.  
 Sunt, qui nobilium ritus bac labe notatas  
 Contendant; itdem statuunt sibi cuncta licere;  
 Aut si fas tantum fuerit presumere juris,  
 Cur non innumerias simul expaciantur ad urbes?  
 An quia pomposae haec sua privilegia jaellant?  
 Planè nul curbi patitur Villatica turba?  
 Ingens hic esset, si quis sic dicat, biatus.  
 Non ubicunq themis justa stat pista bilance,  
 Perpetuò justi ratio servatur & aequi.  
 Porro quid mirum, si plebs imitetur eorum  
 Ingenium, & turpes amet atq. excogitet artes.  
 Subruat orphanos; bidaas exfugat inermes,  
 Vicinumq. premat & Corio si futor obusio  
 Calceolos faciat & vacuet si capo crumenas;  
 Si mercator amet fallaciis pondera libras;  
 Si faber obrizo cuprum commisceat auroz  
 Si binum liquidis saturat binarius undis?

St 243-

Si pannum sartor furetur, licia textor;  
Roscida si vitiet Meliturgus mella farinis;  
Si coquus hospitibus vitulum stipulatus opimum,  
Sub cœne tempiu comedendum tradat Asellum;  
Nimirum ut vatis vox est præclara Pelignt,  
In fulgus plerumq; fluunt exempla regentum.  
Hac ego dum crebris, breviter tamen, astruo verbis,  
Ecce venit quidam bellè mibi notus, & inquit;  
Crede mihi, nusquam tam magna licentia regnat,  
Quam rectore carens audet sibi semere miles.  
Quis negat hoc? dico, causam nos quærimus hujus.  
Hic noster desudat equus. Quid nota rebus VAM?

## DE LUXU IN Genere.

H<sub>I</sub>s obiter tactis, jam tertia cura sequetur  
Nemp̄ per invisū breviter quoq; currere luxū.  
Si cui nota sat est, perspectaq; natio Turca;  
Hunc voco dictorum teſsem, moderatiū illa;  
Vibere conſecut, quam nos, qui nomine Christi  
Gaudemus, domuiq; crucem prefigimus omni;  
Nam quia primores legem violare getuſtam  
Non fuerunt veriti, plebs depravata perinde  
Eſſe putat, quoscunq; velint assumere mores.  
Tantum magnorum possunt exempla virorum!

Sunt tria precipue turpis mala germina Luxus;  
Inter h̄c primas retinet Scortatio partes.  
Hinc sequitur tumido comitata Superbia fastu.

Paftra-

Postremò venit Inglubies, & claudit utrumq;  
 Has etiam breviter placet exagitare sorores;  
 Nam nisi me plane rationis deserat usus;  
 Res est cum huius gratiæ certare decora,  
 Cum huius gratiæ certare decora,  
 Aurea Phœnix testantur carmina Gallo.

## DE SCORTATIONE.

**D**lxii, quæ primas habeat Scortatio partes,  
 Cur è quia non solum rationem delet, eosq;  
 Brutorum similes reddit, qui stupra sequuntur;  
 Vulnera quin etiam, nec non crudelia fata  
 Sæpe trahit secum. Si quis vitaverit illa,  
 Certè non ideo quæbis incommoda vitæ;  
 Est etenim vitium gremio quodcumq; feraciæ,  
 Et solet ex seâ barrios producere fructus.  
 Hoe præter dittos, exhaustit corpore succum,  
 Depascit juvenum florem, caligine cœcâ  
 Lumina suffundit, roseum fugat ore ruborem,  
 Pendula labra facit, rugis arat aquoræ frontis,  
 Inducit maciem, tremebundos efficit artus,  
 Enecat ingenium, tempus vocat ante, senectam,  
 Progenerat morbos, maturat deniq; letum.  
 Hec, qui posthabito socialis fædere letti,  
 Brutorum de more sagos sectantur amores,  
 Nullâ (crede mihi) poterit ratione cabere.  
 Quis tamen hæc curat? spredo pars magna pudore,  
 Et facit, & factum propriâ jam sponte fateatur:

Quod.

L. I. ANAGR. XIII.

Quod si divino quisquam stimulatus ab astro,  
Millibus è multis forsitan reprehenderit unum.  
Ilicet tres adiunt alij, factumq; jocosiss  
Annihilant verbis; imò qui temporis hujus  
Mox est indocilis, ceu rem tutantur honestam.  
Hi sunt præcipue, quorum moderamine leges  
Debent spirare bona; quos moribus equis  
Exemplog; bene debeat præcedere cives.

Deflorant aliqui castam de plebe puellam  
Impunes abeunt; Perfricta fronte meretrix  
Solicitat Juvenem, negat hic, ridetur ob istud.  
Scilicet hoc justis moderari est legibus orbem.  
At non impunis tulit hoc Spartanæ juventus,  
Sepe loco, quo quis peccat, punitur eodem;  
Nam Deus hic vigilat: non si quis dixerit album  
Esse, quod est nigrum; patitur transire probatq;  
Differt, non auffert pœnam; Si quando putatur  
Connivere malis, & amicus santicibus esse;  
Ira tela parat, majoreg; corripit illum;  
Qui plus induxit, postea cum lege baleret  
Hoc prohibere nefas; bel, si prohibere nequirit,  
Exemplo saltem proprio potuisse abesse.  
Quia, quod nulla queat per se cum fortiorer esca  
Hactenus innocuae juvenum corrumpere mentes:  
Nam simulac t acitæ gliscunt sub pectore flammæ,  
Ignibus Aethnæis longè vehementius ardentes.  
Ut tamen hoc nemo possit sentire, & dentur  
Oculatare suum, quæ possunt arte, furorem,

46

L. I. ANAGR. XIII.

At simulac fatto, quisquam corruperit illos,  
Nulla reverendorum posthas reverentia patrum,  
Nulla potest legum quiequam prodeesse potestas.  
Quicquid in obscuro prius, & de nocte siebat:  
Nunc odio noctis, cordis penetralia rumpit.  
Sic, puto, conclusi, Lipara sub molibus, ignes  
Obicibus ruptis vacua tolluntur in auras.

Hoc cum Gangrenâ vitium conferre licebit:  
Est utrumq. lues, tantum differre videntur,  
Quod minus hæc noceat, cum sit contenta perefts  
Corporis articulis; animas non ledere possit;  
Hoc semel admissum subito corruptat utrumq.  
Porro qui noscit, qbae quandam quantag. regna  
Propter tam fadam labem, Deus arbiter, & si,  
Et scelerum vindex, radice rebusserit imam,  
Amarinde poterit sacros percurrere libros.

DE SUPERBIA.

**Q**ui soluere suis accepti Regibus esse,  
Vestibus hi semper sunt versicoloribus usi,  
Nonnullis video slabum placuisse colorem.  
Credo, quod bac ducti fuerint ratione, quod aurum  
Hunc sibi natum depositat. Luteus autem  
Commendatus erat, viola qui flore caduca  
Delectabantur. Tyro bis cocta veneno  
Vestimenta, prius Reges gestare solebant;  
At postquam byssus cœpit se prodere Mundo,  
Hunc sibi fecerunt proprium, coccumq. propinquis

Con-

L. I. ANAG: XIII.

Concessere suis. Hinc nata licentia crebit,  
Ut post hac etiam quibus de plebe metelli,  
Calones, caculae, serbi, famulique, coquique,  
Vestierint tali scabiosum corpus amictu.  
Non tamen hoc quinquam merito reprehenderit ebum,  
Si nostrum videat, quid nunc audacia, quid nunc  
Præterit intactum populi furiosa libido?  
Quicquid agit, Princeps, quicquid corruptus in aula  
Magnas agit subiecto sibi plebs quoque sumit agendum.  
Hinc sit, ut abjecta sitæ gravitate priorus  
Italia prabos referat Germania mores.  
Crede mihi, quisquis (si qui modo legeris) ista  
Legeris, ex habitu sapiens te iudicat omnis.  
Qualis enim mens est, talem quoque vestis adumbrat.  
Si thorax settus tuus est, velut in sua lora,  
In tergoque tuo freni spiciantur equorum.  
Si tibi concisa caliga dix ingibina belant,  
I procul, i, nostro nunquam scriberis in albo.  
Futilis es, non credo tibi. Pulcherrima res est  
Innocuos habitu mores ornare decenti.  
Quid sis? porcorum pastor nunc diligit aurum,  
Agrestis, premis preciosas pollice gemmas.  
Ergo da beniam generoso sanguine matis,  
Quando bides, quanto soleant se tollere fastu.  
Quid tecum faciam, duro subiecta virorum  
Femina serbitio? non te vituperat unus  
Spiritosa nimis, si te laudabero, fies.  
Ecce contra me tu, si te culpavero, perhanc.

Nescio

L. I. ANAGR: XIII.

Nescio, quid faciam. Fio maturior annis:  
Expers sum sociatia cito pede labitur et aet.  
Instabilis Venus est, nunc buc, nunc fluctuat illuc;  
Semper amor dubias solet intorquere sagittas;  
Forsttan est etiam, quidam mihi fidus amicus;  
Vos quoq; blandidulo me captivatis ocello.  
Deniq; complures video concurrere causas,  
Quæ si me cogant, nullâ ratione resistam;  
Nam berè fateor (nolim temerarius esse.)  
Non, quicung; hodiè flammæ non sentit amoris,  
Crás quoq; tutus erit. Cuius hoc jure timetur,  
Quicquid contigerit de tot mortalibus uni.  
Quod si tunc igitur fortunâ tenter eadem,  
Nonne salutifer à leviter mea vulnera dextrâ  
Tractari eupiam? Placet has defendere partes.

Objicitur primò, nimis quod amore placendi,  
Ultrà prescriptos fines pes vester aberret,  
Quippe sit hoc vitium vobis pro more recepum.  
E manibus nunquam speculum deponere, semper  
Querere compositos vultus, falsamq; ruborem,  
Mentiri facie; nativo membra colore  
Despoliare suo; nebulis incedere amillas.  
Ese lebes verbis, ferro vibrare capillos,  
Quotidieg, nobo plateas abstergere mundo.  
Istanè damnamus, quæ si qua forte recusat  
Fæmina, Tysiphones odiosum nomen haberet?  
Quis pateretur eam, quæ turpi subtili limo,  
Porcus ut immundus, sparsis per colla capillis,

Morris

L. I. ANAGR: XIII.

Horribili cultu, per conventicla solaret?  
Cur quod in hunc sexum Deus, & natura benigna  
Collatum boluere, suā non arte jubetur?  
Deniq; cum nobis se commendare laboret,  
Quo tandem cultu studium reprobendimus istud?  
Mollicie plumam teneri vel vincat oloris,  
Verbag; det molli certantia sāpe butyros;  
Non simus lippi, temerē non simus iniqui;  
Namq; melancholicis hac sunt medicamina succisi  
Qui praecepta docent morum, cibiliter omnes  
Esse bonum plenunt, quod se communicat ultrō;  
Hinc ita concludunt: Summē communiciat hoc se;  
Ergo bonum summum est. Major verissima per̄fato;  
Falsam subjiciunt. Liceat subsumere veram;  
Sed neg, carminibus risum captamus in iſis.

Si quis de fructu vitij jam cogitet hujus,  
Historicos adeat: nam non exuberat uno.  
Cæsar non potuit, quenquam se ferre priorem,  
Pompeius be parem; nam quantum cresceret unus,  
Tantum deminui laudis sibi creditidit alter.  
Hic igitur primū tantorum corda virorum,  
Invidiae viris stimulis agitabit acerbis.  
Hinc odium magis atq; magis se prodere capito,  
Donec in irarum fluctus prorupit apertos  
Bellag; eastarunt miseram cibilia Romam,  
Usq; adeo nunquam vulgi proberbia fallunt:  
Inquinat egregios adjuncta superbia mores.

DE IN<sup>4</sup>

## DE INGLUVIAE.

**S**ed nunc tempus adest, libri pars ultima primi,  
 Inglubies, tractanda venit. Scio, nemo probabit,  
 Si mea sollicité tractaverit omnia cura.  
 Per mediā placet ire viam, calamog Galanti,  
 Hoc quoq; pestiferum Luxus perstringere germe,  
 Ingubiem Fastus ex ubertate crebit,  
 Idem nutrit eam. Chitoneplastos aspice primos,  
 Quā primū Fastus mentem succendit eorum,  
 Extēmplō multas etiam Gula concipit auras,  
 Nos homines cæci rectum plerumq; puamus,  
 Quod tamē est curbum, rursus quæ curva putamus,  
 Interdum non sunt. Si quem videamus habere  
 Non penitus rectam turpi fuligine mentem,  
 Quā videat possitq; malos aberrare mores,  
 Cogitur omnino stultorum maximus esse.  
 Quaritis exemplum, dabimus; nam scilicet omnis  
 Anceps exemplo res sit manifestior apta.  
 Orpheus (ut perhibent) rigidos testudine truncos,  
 Indomitatasq; feras, & saxa sequentia traxit,  
 Hoc Linus, hoc fecit Thebana conditor urbis,  
 Ambo præclaris, celebrati cantibus ambo.  
 Saxonis est, quisquis cytharae hic fingit eburnas.  
 Nil aliud testudo fuit mirabilis Orphæi,  
 Quā pia melliflua tantummodo gratia lingua,  
 Hac mores hominum, quod non queat ultra potestas  
 Armorum, legumq; rigor; mansuescere fecit.

Tali

Tali (nō fallor) nostro quoq; tempore poilet,  
Ecathedris quando variis de rebus in omnes  
Verba serit partes facundia Lauriger Heros.  
Salve lingua potens! dicendi copia salve?  
Tu sine vi cogis, tu flumina fistis aquarum,  
Tu rigidas ornas; lapides tu saxaq; mulces,  
Pectora tu molles hominum, Tu mania condis,  
Tu retrahis tumido nantes procul æquore puppes,  
Omnia tu vincis. Per te bastissima Mundi  
Machina consistit. Per te delebitur illa.  
Me quoq; nē semper recto ferar ordine certus,  
Extrā sepe vias, saltus per Es avia ducis.  
Nunc quoq; judicium capi describerè nostrum,  
Idq; per exemplum mox declarare Solebam,  
Ad tua devolvor multis encoinia verbis.  
Aut si non à te meus isthic profluit error,  
Sum levitate potens, quare mea cœpta resumo.

Pythagoras igitur Samius cum multa videret  
Emendanda Gule, dibile mentis acumen  
Consuluit, tandemq; videns exempla priorum,  
In nobis demittit celerem moliminentem,  
Ejectasq; semel, destruito corpore, nostras  
Sede nobis recipi statuit, post funera mentes,  
Ing, pecus ratione carens transire solutas.  
Dogmate tam lerido, tam pulchra fraude repertæ  
Italia populos carnis deterret ab esu;  
Credit enim quisq; nē tauro forte perempto  
Viscera Patris edat. Pietas hac maxima; verum

Sol a prius, sensim se se diffundit, & instar  
arboris aëris felicia brachia pandit.

Ergo quod Amphion cythara fecisse canorà  
Dicitur, argutæ fidibus restudinis Orpheus;  
Fecit idem sapiens; modus est diversus ab illo.  
Hunc irridemus fatui, fulcumq; putamus,  
Cur? usum carnis damnat, quòd damnet abusum.  
Nos igitur cauti sumus hic, retinemus utrumq;  
Hinc rato petitur, quando de morib; hujus  
Questio si sancti, cur integritate relictæ,  
Ad mala tam faciles vitio vitulemur in omni.  
Nempe feris altius mirum si more ferarum  
Non bibant homines. Animi plerumq; sequuntur  
Corporis ingenium; sicut sua pabula corpus.  
Sed neq; tam firmu credatur viribus esse  
Ulla cibi species, ut quenquam cogere posse.  
Suaderi; non cogit. Si qua videatur habere  
Altius ingenium, quamvis ei Dædalas rerum  
Impresio natum potens; divinitus omnis  
Esca potest solito longè perfectior esse.  
Huc si non fiat, magici sit fraudibus oris.  
Exemplis possem tibi rem proponere totam;  
Sed non tam biles animas ducamus oportet.  
Nemo, tam prompte poterit convertere quenquam,  
Quam poterit prompte putridis offendere verbis.  
Omnibus ex aquo Iudex est ille timendus,  
Qui neq; personas hominum, neq; munera curat.

L. I. ANAGR. XIII.

Et Gula consuebit fructus proferre nocibus,  
Non minus ac reliqua species, quas diximus ante.  
Rem minuit lautam, regiones vastat, & urbes,  
Efficit infames, febres incendit acutas,  
Affundit geminum tetrica ferrugine lumen,  
Debilitat vires animi, male sauciat artus,  
Mærorum generat, rixas alit, atq. querelas,  
Ilicita stimulat cœcaq. libidine mentes,  
Non dormire sinit, noctu mala somnia gignit,  
Luxuriare facit verbus, secreta revelat.  
Sepe per hoc vitium coeco stimulante furore  
Ipse parens gravidas fecit sua pignora natas.  
Et contra vetitum genitricis scandere lectum  
Filius est ausus. Quid non Gula pessima, quid non  
Inglubies faciat? Qui vult è dñe pauper  
Esse, Gula vitium tantum sibi reddat, amicum.  
O quot, & o quales solet hoc male perdere Cives!  
Nobisimus haud paucos, qui cum virtutibus essent  
Primitus ornati pulchris, & honore bigerent  
Eximie, posthaec prædicto criminis lapsi,  
Segniosq. bonis male præhabere paternis.  
Non igitur debet nosq. res aut mira videris,  
Si, quibus antefuit res lauta, domiq. forusq.  
Exterius nitant auro, phalerataq. gestent  
Vestimenta quidem; propriis sed ab edibus actis;  
Pauperiem foveant intus: Si serica monstrarent  
Linea substernant sibi pulvinaria noctu:  
Si Savios nutriant pavos, Afrasq. soluress

C. 2.

LATINA

Lactucas comedant; potent è flumine. Talem  
 Fert Gula mercedem. Verum non persequar illos,  
 Quels sua pœna sat est; tantummodo nobis istud,  
 Quod tam distorsi mores politibmata quebū  
 Funditus evertant; nam cum Deus ethereis equum  
 Aequus amet, tolenre nequit pugnantia secum.  
 Tunc igitur bel bellabocat; bel fidere airo  
 Temperiem Cæli fitiat. Communibus auris  
 Vescimur hic omnes; quod si jam pessimus illas  
 Halitus inficiat, sensim leishale benenum  
 Imbibimus, stratig. His ceu bruta perimes.

Et sic, cum Domino, verba generaliter omnes  
 Expediti belli causas. Ea pœna subinde,  
 Non secus, ac quoddam Domini generale flagellū;  
 Cerbicus dure populos parere cogit.  
 Multa quoq; inserui, de nostri moribus est.  
 Hoc tibi principium libri promiserat hujus.  
 Stare decet, qui vult aliquid promittere, verbis.  
 Quicquid erit, parsus labor est nāq; önia raptim;  
 Non meditabundus scribo. Si forte placaret  
 Ingenii solidam per carmina querere laudem,  
 Non ego de fitius tentassim scribere nostris,  
 Quæ res invidiam mibi sit paritura perennem.  
 Res aderant pulchrae; quoquò mea lumina certo,  
 Res video pulchras; unum tamen excipe lectum,  
 In quem nos turbat, nosler temerarius error.  
 His tamen omissis in re presente solebam.

Excr.

Exercere filium, quamvis communia saltem  
Parcius attigerim, multis consultò relittis.


Jure tibi possem dare carmina manea bideri.  
Si non adjicerem, quanam ratione levari  
Itarum possint fluctus bellig procellae.  
Non omnes eadem statuunt; nos vera sequamur.

## Libri Primi

### FINIS.

#### Errata crassiora.

In tit. Nobilissimus l. Nobilissimus. Ibidem  
post Bellicus, , Anagr. 3. immittis, semper l. im-  
mitis, ibid: Anag. 4. interfectionibus l. interje-  
ctionibus. In Curricul. transcribere l. transcribe-  
re. Anagr. 13 vers. 32. Trigal. mala. De Atheismis  
vers. 31. et ass. latas. De Superb. vers. 7 ocnmmene-  
dare l. commendare. INGLUVIAE l. INGLUKIE.  
NB. Quodlibet Anagr. 247. literis constare; sed  
Diphthongos in suas simplices esse resolvendas. Sen-  
cū si deprehendes, cogita vitium inesse Typothe-  
ticum.



# LIBER II.

## ANARG. XIV.

**A**Nte portas bellum ; intrâ has  
grassatur pestis. O homo! resipisce.  
Noli similis esse nuci , nullos ferenti fru-  
ctus, nisi bacillis , scipionibus ac contis  
multoties castigetur : Memento mihi,  
male hîc collocari operam , nisi omissis  
hujusmodi tam inertis ocij gerris , grata  
vigil agas illi Cœlorum Numini.

\*Entheor.

**N**Ominus à sacris , quod , ubi peccata fatemur,  
Et perimus geniam , mittis Pater ætheris altis:  
Anobis soleat meritas abertere pœnas:  
Nosimus hoc etiam , quod , nî contagia sita  
Nefra emendemus , soleat vel maxima Regna  
Exhaurire suis cultoribus , oppida late  
Concutere exterias bello , intrâ mœnia pestem  
Mittere , qua finem nostre faciant duo culpe.  
Quam sit quassa diu Germania nostra priori,  
Non opus est verbis , desertos aspice pages .  
Hi te informabunt. Videas felicia quondam  
Munere spicilegæ Cereris ; nunc perdita dumis  
Arba , colonorum gazas : Quis funera dicat  
Pessim strata viis , & honore carentia multa  
Absumo

Absumseré canum turbæ. Res pœrba bidelur.  
Urbibus eruptis, altaria vertere, flammis  
Divinas binlare domos, sanctusq; pudorem  
Demere virginibus, predari, jura supremi  
More Tyrannorum, pedibus calcare superbis.  
Deniq; non possum mihi persuadere, quod unquam  
Grassari Pejus Seygi dux posset Averni.

Porro, quis nescit, media, quid fiat in urbe?  
Sepè sub Auroram moritur, qui bespere sanas  
In columnisq; fuit, Febris hunc, tumor abripit illum:  
Dira famæ istum; multos tristissima pestis  
E medio collit. Certe pars major eorum  
Tempore nocturno terræ mandatur inertis,  
Iamq; adeo bix terra capit; nobis funera, iamjam  
Et nobis abusa petent. Natos hic luget ademolos  
Ille suos fratres. Vir est ex omnibus una  
Salva domus; videas multis obiisse parentes,  
Orphanosq; stipem petere. O mala tempora! neandum  
Sentimus Domini panas; durißima nobis  
Quicquid agat, frons est, nullo montore mobemur.  
Funditus eberti cupimus, vindictaq; flagellum  
Irritamus adhuc. Non est satis, esse jubent  
Exhaustas urbes vegetas, direptasq; passim  
Atq; aquata solo disjectis oppida muris;  
Quinetiam patriâ cupimus regione carere,  
Abductiq; procul Turco servire Tyranno.  
Hoc unum saltē restat, secus omnia nobis  
Ebeniunt, quacunq; Moses reliquiq; prophetæ

L. II. ANAS: XIV.

Praefratis populis longo sermone minantur.

Ohe! jam satis est. Tandem sapiamus, & hujus  
Ulceris authorem debotā voce rogemus,  
Prestet opem nobis medicam, tranquillag̃ pacie  
Fædem componat: nam fons est ille honorum.

Sed neq; sufficiat magno dare herba Tonans,  
Nos quoq; de mediis finem spectantibus illum,  
Sumere hult aliquam sincero perstore curam.

Hic primum video medium semperq; requiri,  
Ut placide conjunx bibat cum conjugi; nec sit  
Alternter satus, rabidi de more leonis.  
Si quid (nam nemo est ex omni parte beatus,)  
Delinquit non sponte sua discinctior alter,  
Abdūlhus emendet herbis, & corrigit alter.

Plus ita proficiet, quam si irati ætheris instar,  
Intonet aut pugnos libret furiosus utrosq;.

Discet ab his sensim natus componere mores,  
In timore Dei crescat: nam facta parentum  
In sobolem transire solent. Amatre canorem  
Implumes nidi discunt, referuntq; sicissimi.  
Quod si constanter fiat, Domus illa Lycas  
Egregij præstabat opus: nam tempore parba  
Illustres pierate viros, rerumq; peritos  
Heros fundet. Talem domus alta LOHAUSEN  
Te GUILIELME, dedit: neq; res ea sumptibus ullis  
Indiget; aut adeo magno duroq; labore.  
At certe longo. Sit ita. affuetudine rursum  
Fit cuivis brevior patri, quantumq; fatigat,

TAN-

L. II. ANAGR: XIV.

Tantum delectat. Serbi quoq; tale bidentes  
Imperium domini, bibunt moderatiūs, bancq;  
Ediscant artem taciti, & concordibus usq;  
Inter se coeunt animis. Concordia primum  
Dispersos homines rabidarum moreferarum  
Contiguas fabricare demos, blandeq; coire  
Edocuit; parvis opibus concordia semper  
Addit; & exigui spacio bene temporis auget.

Hec illa est virtus, que messibus borrea densiss;  
Dibitisq; demos stipat, cultuq; decoro  
Et dominum, & dominam cessit a serbosc futuris.  
Insinuat dominis. Pulchra est Concordia virtus.  
Hanc ubi quisq; domi didicit, jam proxima cura.  
Est, patria servire suæ, bona publica semper  
Præfatis præferre bonis, defendere leges;  
Non quas nunc aliquis reperit. Vesania mera est  
Omnia prisorum damnare inventa, nobisq;  
Legibus, insuetis onerosum cibibus esse.  
Sæpè nobis leges subiti sunt causa tumultus.  
Principiumq; mali; Si possis bibere prisa.  
Nulla nobis sit causatibi sat idonea legis.

Quilibet hoc etiam studeat. Sit amator honesti;  
Quod contraria currit, fugiat cane pejus & anguez  
Non toleret vitium. Pedibus manibusq; repugnet.  
Nec quia non nullum primæ nocitura bidentur  
Semina praberum, possit contemnere; namq;  
Admissis libibus illis, majora sequuntur.  
Rite colant equum, primum qui sceptra gubernat;

C S

Post

L. II. ANAG. XIV.

Post reliqui proceres: Populus consipret in unum,  
Sed eturḡ bonum pariter Concordie, ametq;  
Nam mihi pro certo persuadeo, quilibet ipsum  
Per se cognoscit, que res sit consona vero.  
Multæ monenda mihi de religione fuissent,  
Sed si sollicita rimarer in omnia cura,  
Ditis non esset finis. tantummodo noris,  
Quod, dum contendunt inter se ranaḡ musq;  
Absolet, & rostro militus discerpant utrumq;.

Propter argumenti similitudinem,  
plaet huic adjicere Carmen, ad Clas-  
sissimum & Excellentissimum

VII AM.

Dn. PETRUM LAUREM-  
BERGIUM, Phil. & Med. II. Docto-  
rem, Poëeos Profess. p. strenæ loco  
sub exordio præsentis 1638.

annis scriptum.

**H**æc tenus anicipiti bello, cæcq; tumultu  
Heu! nimis trépidi multos træsegimus annos.  
Incultus jacet omnis ager, populosq; quondam  
Oppida monstrantur vel edaci diruta flamma,  
Vel cultore suo planè deserta priori.  
Quid querar? ipsa tua causa es Germania clausa.  
Nam nisi peccasses, celsi moderator Olympi,  
Jam dudum ferulas à te removere inertes.

Sepe

Sep̄ cibi fuimus longē meliora precati;  
 Imō precamur adhuc; sed tu quasi coeca furore,  
 In tua damna ruis, mox es discripta ferarum  
 Rictibus, ò senti, tandem tua vulnera senti!  
 Cur peritissē cupis? Medicum tibi quāre peritum.  
 Hem nob̄us annus adest, positis agē, s̄ sapis, armis,  
 Fœdera pacis in placide Dominumq; require,  
 Hic medicam prestabit opem, hic tua vulnera miti  
 Contrectando manu, sanie purgabit ab omni,  
 Donec ea in solidum curet, faciatq; coire.

Tunc antiqua tibi facies, splendorq; redibit,  
 Letaq; cantabis mecum: Pater optimē rerum,  
 Accipe, quas refero summas tibi pectore grates:  
 Nam quia me plabiis ac tempestatibus attam,  
 Extrabis, atq; iterum firmas mihi robore plantas:  
 Agnosco celebroq; tuam, Sanctissime, curam.

Plura quidem dices, summa in nihilominus istis  
 Versibus expressi. Nunc ad nob̄a goga revertor,  
 Outinam non banū! Poliq; soliq; Creator,  
 Usq; adeonē feri tollent se mole Gygantes,  
 Discerpetq; tuum lupus insidiator ovile?  
 Si quis adhuc precibus locus est, lacrymisq; tuoru,  
 Da, coeant animi, da, qui moderantur habenas  
 Regnorum, placide jurent in fœdera pacis.  
 Respice Teutoniam: Sedes ea commoda Musis  
 Hospitiumq; fuit; Sed nunc est fœda latronum  
 Illubies, Caciq; specus. Si fortè superst̄it  
 Unus & alter adhuc, qui te timeatq; colatq;.

Affi-

L. II. ANAGR. XIV.

Affiduis premitur curis, metuitq; subinde:  
Nam bidet hostilem jugulo impendere mucronem.  
Hunc, velut & Phœbi prælustria castra secuto,  
Theologos & Philosophos pietatis amantes,  
Inter & hos pulchrum cui dat frons laurea nomen,  
Meroumq; insigne decus, floremq; biorum,  
Defendas umbone tuo a saltosq; per annum  
Exorsum serba. Cum jam labetur & ille,  
Pace redue alium. Series ea duret in abum.  
Sic et te sera canet, seclumq; futurum,  
Instruet enarrans, que quantaq; feceris olim.  
At tu, cuius ope nomen titulosq; superbos,  
Eximia cum laude feroq; feramq; Magistri,  
Accipe pro meritis paucos pro tempore Versus.  
Si tibi tale aliquid posthac sum forte daturus,  
Absentis dabitur; reboeat me patrius Orbis.

Libri Secundi  
FINIS.

LIBER

# LIBER III.

## ANAGR. XV.

Marte fate illustri, ô generosi  
pectoris Heros,  
Si mihi sit mollis citharâ Famosus eburnâ  
Solum ego te hîc calamis possem, tibici-  
nis instar

Vocalissimi,  
Tollere, & ignitis cantando comin' astris.  
Igniculisve poli inferre; Nunc cantibus  
his, pol!

Irrigui paullum est, imò nec mica vigoris  
Mollissima.

### \*Entheos.

Magnus Alexander faustum dicebat Achillem;  
Non quia a se clarum Galidis gessusser in armis;  
Sed quia magniloqui musis celebratus Homeris,  
Perpetuum tota retineret in orbe virorem.

Quisquis ab invidia procul est, atrox veneno,  
Principis Aemathit & erissima dicta probabit,  
Fortia facta virum decorant, statuasq; merentur;  
Sed quas indolle conflant ex ære cohortes,  
Temporis exigui spacio, quæ cuncta domantur,  
Carpit, & in nihilum redigit cariofa betuſi azi  
Quæ debent igitur multos durare per annos.

### Dolce.

L. III. ANAGR. XV.

Doctorum poscunt statuae monumenta virorum  
Hoc illis animam prabent, bac mortua caxis  
Sangine perfundunt heroum corpora tumbris.  
Quod liget Eneas, quod Scipio bibit, & ille,  
Cui dedit eternum cognomen ahenea barba;  
Carminibus referunt acceptum. Carmina nullum  
Formidant senium, bibunt per carmina Fortes,  
Quicquid habes, vel flamma potest abolere; vel un-  
At que Pieridum pandit Phœbiq; sacerdos (da;  
Carmina, nec flammæ possunt abolere nec undæ.  
Tolle caput, quisquæ siatem scirris amicum.  
Hic tua perpetuis donabit nomina cedris.  
O simile Clares tanto dignetur honore.  
Ut liceat bisugi mihi scandere culmina montis,  
Et lymphas baurire sacras, capitig; coronam  
Baccifera laurus componere. Non ego Daphnus,  
Non ego te metuam cantus preclare Philamon;  
Nam seu grandisonis heroica facta cothurnis  
Condere mens esset, Tragico clamosa boatu  
Melpomene scribenda mihi dictaret in aurem;  
See potius molles elegos tractare luberet,  
Tersichoren semper facilem scripturam haberem.  
Hic ego te dignè decus immortale tuorum  
Carminibus GILLIELME meis, supra ardua cœli  
Sidera sublatum terris, extollere vellam:  
Hoc etenim precium meret tua maxima virtus.

Maxie

L. III. ANAGR. XV.

Maxima, sive tuas hoc spētem tempore curas;  
Sibe quod ingenit rari sis dotibus auctus.

Nunc botum deus ille meum Maborsq; morātur,  
Quo be minus possum, magno quasi flumine mersum  
Exeruisse caput; jamjam de more Cleanthis  
Preter prosperitum nocturnas pellar ad urnas.  
Quid queror? an tandem solatia nulla supersunt?  
Nulla nisi quod non melior fortuna poëtis  
Ire comes soleat. Comes hac hexa sit Homerum,  
Nec non Virgilium, Grajorum maximus ille.  
Hic vero Latiae dux est, Princepsq; laquelaz;  
Verum non idea mala desitis occia vite  
Insequar, est etenim sua laus utriq; reposta,  
Et qui consequitur, que jam decreverat antea?  
Et cui profacto non est ingrata solant as.  
Quid si non paucos ea fors t' exerit ulta  
Mortales alios, ut nunc allata duorum  
Perspicue batum possunt exempla docere?  
Est ita: Sed nobis etiam pax alma negatur

AN-

ANAGR. XVI.

TU huic Regno, & huic Urbi insigniter ut: lis es: nam consilio conditam habes Sapientiam ; immo miles insigni ac multijugā arte hīc loci, sic, pol sic, emicas, ceu Sol ille omnis lucis fotor : Spargis enim meros gratiæ flores. Hinc omnia tibi satis prosperantur. Saluus sis o Literatorum Sol illuſtrissime !

\*Ex Ægeis.

NE tamen exiguum videar male perdere libram  
Quantumcunq; mib; præsens indulserit etas,  
In tua descendam landum argumenta iuarum,  
Conflabod; tuo parvum de nomine librum.  
Ut nihil attulero, quod te delebet; habebis  
Testem nempe tunm prop̄ suffirantis amorem.

Quæ retinere suum debet Res publica florem.  
Principis officium ; patrum consulta requirit.  
Ille nihil temerē mutet , quod jure priorum  
Consortes patriæ semel accepere tenendum.  
Sit fugiens vitio : causa sit, fautor honestæ.  
Hi verò quoties rerum sic postulat usus,  
Principis officium subeant, studeantq; suorum  
Pondera ferre ducum, cum solus nemo tot urbes.

Ferre.

L. III. ANAGR: XVI.

Ferre suo Valeat gremio : nam propter eandem  
Acciti fuerant causam. Sic Effere Phœbus  
It cubitum; sed nō maneat sine lumine Mundus,  
Cynthia fraternal subit, Et moderatur habenas;  
Sic legimus Mojen sibi sexaginta decemq;  
Adjunxit se fenes, qui parva negotia plebis;  
Atq; subinde nobas, possent componere lites.

Sapē sit, ut rupto sanctæ fœdere pacis,  
Hostis ad interitum tranquillas destinet urbes.  
Magnanimus Princeps innato robore sisus  
Concitat armorum strepitum, magnog; tumultus  
Pergit in occursum sua depopulantibus arbas.  
Interea n̄ quis, patriæ fertus oppida videret  
Occupet, expertos rerum, fideiq; probata  
Semideosq; viros legit, Et trepidantia letitia  
Oppida commendat. Martem procul ipse secutus,  
Fortis equi stimulat geminos calcaribus armos.  
Et vel de victo pulchros agit boſte triumphos;  
Vel, si fate velint, fatalib; occubat armis.

Accipiunt hi iusta citò recteq; ministrant,  
Nempe nihil prohibet (si quis modo gesiat esse)  
Esse domi fortem, verum fateamur oportet;  
Multæ foris; sed plura domi præclangeruntur.  
Sunt hic jura fori; sunt hic altaria Divum;  
Sunt hic artificum, sunt hic diuinæ scholæ  
Semina. Quis neicit, quod non semel unarorum  
Debet, incurru fas est accurrere fas est  
Neruat in præceptis, illum temone teneret.

Omnia

L. III. ANAGR. XVI.

Omnia quæ paucis retuli, preclara virorum  
Gloria nob̄ lium, Themidos GILLIELMÈ sacerdos,  
Commendata tibi pateris, recteq; ministras,  
Hoc tamen haud satis est; S; dura negotia regni  
Impigrā cervice subis, nullumq; recusas  
Pro patria, neq; Lernaum tolerare laborem.  
Praesilicū Genis horrentia pectora gestet,  
Quem non commodeant tua gesta domiq; forisq;  
Quin igitur quinquis non est stipite natus,  
Agnoseat celebretq; sui benefacta patroni.

Sed ne quem nimium longo sermone moremur,  
Hec breviter dico: (nam te nunc alloquor Heros  
Inlyte) tu superans Satrapas virtutibus omnes,  
Huic Megalopoleos decus es, histurag; regno  
Gloria, dum & asto cœlum nitetur Aethante:  
Æquora dum pisces nutrient, dum fœta benigna  
Terra sinu varios iterabit bere colores.  
Dum pennæ florebit honos, dum clara Rosarum  
Mænia subsistat, etiam tua facta bigebunt;  
Namq; dies Benient, feries cum sera nepotum  
Incident in fastos, & cum te Martis alumnum  
Viderit Aönias etiam coluisse sorores  
Quis fueris queret, si quis tunc dixerit illi,  
Per te, quod Crispus Germana boce loquatur,  
Quodq; Mathematicas scribens adiubaveris artes,  
Præterea fueris prompto sermone locutus,  
Quandocunq; tuus solitus sis cogere turmas:  
Obstupefacta tuum nomen, ceu numen amabit;

Nam

L. III. ANAGR: XVI.

Nam si Teutonicum radiis illufribus Orbem  
Nunc replet, cum Libor edax dentesq; canini  
More tuam solito possint arroderè fanam;  
Nec namen hic audax, sicut solet, audeat esse:  
Quid fiet postquam fueris jam funerè demptus,  
Furere tranquillo? nam laus mansura honorum  
Ex ipso demum capit incrementa sepulchro.

Né quidjam referam, quibus aut quam lenibus  
Quicquid agis, semper soleat progressib; ire. (ultrò  
Vis metuit, metuunt te amari, rursus amaris.  
Tu quoq; cum quosbis vero settieris amore,  
Nescio, num quenquam dectis preponere possis,  
Tantus amor tuus est. Dicli persæpe recordor,  
Quisq; sui similes fermè consuebit amare.  
Tuliteratorum Sol illustrissimus audis,  
O literatorum Sol illustrissime, Salve!

ANAGR: XVII.

TU multis è millibus es egregius  
Heros; ingens imò rectè prima ar-  
morum gloria. Hostis impij & falsi. Amans  
ac protegens doctos. Spernens illece-  
bras. Istius Civitatis charus illicò cu-  
stos. In omni Illustri Cor. Corolla con-  
cinnitatis. Abi igitur piissime homo.  
Millies fini vivacis Mathusalem annos.

\*Exde-

Ex. Georis.

Ipsa sui precium virtus pulcherrima res est  
 Sed capit hanc nullus, nisi qui terrestria turpes  
 Esse putat scorias, feces limumq; lutumq;  
 Cetera pars hominum carnis dulcedine capta,  
 Prona voluptatem sequitur; cem bruta fugacem.  
 Philosophi quoties hac perpendere betuſti,  
 Crediderunt animas diverso semine nasci.  
 Ignibus aethereis illas confitare solebant,  
 Que superent reliquas; solisq; Heroibus esse  
 Infusas, docuere simul; Quae terreat tantum  
 Mirentur, nimium terrena fecis habere  
 Has fulgo statuere ruditq; lebiq; tributas.  
 Partim vera canunt; partim falsissima: nam qua  
 Semine de duplice referunt, sacra scripta refellunt.  
 Altera duntaxat pars est, quia vera, probanda:  
 Nam quo nobilior decoraberit actio corpus,  
 Hoc magis illius dico praeclere causam,  
 Nimirum formam, de qua, qui plura requirit,  
 Huic sunt doctorum monumenta serenda sophorum.  
 Nunc si te videam, proavis Gulielme, betuſis  
 Nobilibusq; satum; Pietas super omnia summa  
 Grata Deo viri, pulchris tua tempora fertis  
 Implicat; at lateri virtus à cardine dicta  
 Astat & abſiduò te concomitantur euntem.  
 Hec vero cum sit quadruplex, sua munera quæbie  
 Rite facit species. Primum prudentiā secum  
 Discit, an quod agis, fit conducibile rebus?

Rofhae

L. III. ANAGR. XVII.

Post hec integritas examinat omnia lance.  
Exequitur, quae pondus habent, Audacia maius.  
Quarta cabens extrema, modum prescribit, & in-  
Officium legesq; tuos attemperat actus, (træ  
He sunt virtutum Domini, super adjice porro  
Cuiq; suos etiam comites, exercitus ingens  
Inde tibi emerget, Nos ne vide mur inani  
Verborum strepitu preciosas perdere chartas;  
His delibatis obiter sconcludimus ultrò;  
Quod sis egregius multis è millibus heros;  
Quos ferat hac artas: Quod Martia casta secutus  
Ingens armorum decus hinc ebas eris, immo  
Gloria prima ducū: Quod non patiare patrarentem  
Impia, te propter: Quod non asperberis atris  
Auscultare viris: Quod sicut diximus antea,  
Non modo doctorum soleas ambire faborem;  
Verum etiam, quoties sic fert occasio rerum;  
Efficias tutos; extraq; pericula fissas;  
Quod serpente magis, fugias ignava malorum  
Semina: Quod spernas sit, e noctumenta fugacis,  
Turpes illecebras: Quod Cibi charus & urbit  
Sis durus huic Custo: Quod in omni laude priores  
Obtineas partes: Quod am quod deniq; posse  
Jure tuo dici Concinni pulchra Corona:  
Ad finem propero, Tu si placet, ordine fanfros  
Tot videas annos; quot muscas educat aer;  
Quot filiae frondes: Vel si non sufficiunt tot:  
Quot mari afflitti sebus Aquilonibus unda  
Littus ad incursum flabat erubat arenas.

ANAGR. XVIII.

**I**Mpossibilis est Regni sine consilijs & armis conservatio: Ut enim maris male commoti fluctus, male, nisi in altum aggesis, Vallo ac agrorum molibus: Sic petulantis impij ac hostilis volgi infrenes illos assultus irrito conamine sine his cohercerebis. Istheic porro circa portas erit vigilandum. (h)

Tὸ μὴ γαρ συνέχειν αὐθεώπων πόλεις  
τετ' ἔστι, σταύ τις τέσσερες εὐγῆ  
καλῶς. Euripides.

\*Ex Theoris.

**S**ire Solens Phaëthon, quo sit genitore creatus,  
Dic mihi Mater, (ait) cuius sim sanguine cretus.  
Illa refert: Phæbi. Juvenis temerarius ardet  
Explorare fidem, Phæbum petat, Et prece blandâ  
Quadrijuges sibi posuit, equos currusq; regendos.  
Quos simul atq; patris dedit indulgentia, laetus  
Frena capit, carpitq; biam, tum nomine quemq;  
Exhortatur equum proprio; sed vocis acute  
Proditus ipse sono, (patria gravitate carebat).  
Debius abripitur, lorum formido tenellis  
Excudit e manib; meo; oblitusicitur horum

Nom.:

L. III. ANA'GR. XVIII.

Nomina, s<sup>e</sup>pē suum tenerò vocat ore parentem;  
Opater adfer opem, pereuntē r<sup>e</sup>ssice natum,  
Interea curru praeceps auriga paterno.  
Volsit<sup>r</sup> excessus rapido<sup>s</sup> jam concipit ignes.  
Mundus, & innocuas Vulcanus corripit urbes.  
Nemo putet, quando satum monumenta rebobisit,  
Præter in his turpes planè nihil esse Chimeras,  
Cortice seposita, & elaminibus, remotis,  
Apparet fructus maturā dulcior uba.  
Hic Phaethon nimium juvenili pectore sisus,  
Principis imperium stulti sapienter adumbrato.  
Hic simulatque capit defuncti sceptra parentis,  
Omnia pro lubitu solet immutare vetusta,  
Unde gravis rursū sequitur confusio rerum.  
Exemplum in sacris nati Salomonis habemus.

At non & patres eadem dementia semper  
Capti<sup>r</sup>are solet, multi quos aqua amavit,  
Jupiter intrepidē leges tutantur honestas.  
Ve tamen huic regno, secum quod dissidet ipsum:  
Intericū querit proprium, lapsusque propinquunt.

Quid? si tunc etiam fulgus parere recusat  
Legibus: an quisquam furioso obfistere possit?  
Non Princeps, non Rex. Ideo quicunque potentium  
Mature regni cult procurare salutem,  
Nunquam pro lubitu patria exultat habenis.  
Quin ubicunque potest. Seniores audit, & istud  
Ducere Regali consuebit & addere laudi.  
Forrior est semper duplicata cannabi funis.

Plus.

L. III. ANAGR. XVIII.

Plusq; valent unā plures . in fasce sagitte.  
Singula frangetur, reliquis que juncta, maneret.  
Sed si consilis opus ullo tempore junctis  
Forse fuit, nunc est. Nunc, nunc, ubi quisq; rapina  
Hamatam scelerat dexteram, sunt arma petenda;  
Hū enim mediis regni fortuna bidetur  
Stare diu, res si qua diu mortalibus ulla est.  
Annon vidisti, quando bada cœrula Ponti  
Principes Euri fundo commota flagellare,  
Quomodo litoribus mones frangantur aquarum?  
Atqui litoribus armatae consero leges.  
Frangunt, quicquid eis temere colliditur; aut si  
Non penitus frangunt, aliquā ratione coherent.  
Has igitur porrō, quod agis, celeberrime Magnas,  
Consilii armisq; tuu defende, Ductisq;  
Perpetuog; mane vigilans vigilantis ocellus.

ANAGR. XIX.

INtereunt vestimenta sphintres. cingula,  
specula, discriminalia, milli, echini, mi. otheria.  
Finis erit omnibus his; Organo olfatorio, culullo,  
sergestrio, vomeri, ligulis, mitris, sportis, item cal-  
ecis, gemmis, armillis ac similib as. Ergo sola ac  
unica virtus est hominibus possessio constans ac  
optima,

Agethus Bécauē d'eiōiv ài utōns  
μόνας. Sophocles.

\*Exte-

<sup>Ex</sup> hec<sup>is</sup>.

**G**ra duos jactat tellus de gente Sophorum.  
Hi quoties hominū stultissima facta videbant,  
Temnebant eadem pariter; sed disp̄are facto;  
Alter enim siebat; largē videbat ac alter,  
Elebat Heraclitus; sed Democritus ridebat.

Quidam querit, uter fuerit Sapientior horum:  
Risus enim solis stultus est semper in ore;  
Contrā, flere nimis, nūmīum mūlībre putatur.  
Non facilis dictū res est. Ego tempora semper  
Distinguenda puto, nec non variāntia vulgē  
Instabilis studia. Hinc omnis deciditur illa  
Quaſtio. Nos obiter ſaltem tangemus utrumq.  
Hob ubi jam factum fuerit, ſententia noſtrī  
Perſpicuus etiam verbis ſubiecta ſequetur.

Ergō quod ad primum; per ſe variabile non eſt  
Tempus, idem ſemper fuit, eſt, credoq. futurum.  
Sed quoniam nihil eſt, quod non in tempore ſiat;  
Si ſe ſuam querat formam ſibiz ſibe ruinam;  
Hoc quoq. quod faciunt homines, causare videtur.  
Nē patiare tibi, quaſis imponere ditta.  
Multā ſolent dici, quaſi ſunt experti ab ēri.  
Si quid habet cauſa tempus, duriſio ſola eſt.  
Ex hac namq. rei ſtūt hac mutatio; Verūm  
Rem neg<sup>o</sup>, conſtituit per ſe, neq. promovet unquam.

Ergo, quid eſt cauſa? quid re torqueatur inani?  
Eſt, ſine quo non eſt aliiquid. concurrit ab exirā;  
Hoc igitur nihil eſt. Rerum ſcrutator acutus

D

Ern<sup>is</sup>

L. III. ANAGR. XIX.

Eruit è fundo causas quascunq; latentes.  
Usibus atteritur Gestio; teneatur in arca:  
Blatta timetur edax, abiges suffitibus illam.  
Nec dum sic poterit multos durare per annos:  
Intus alit fomenta sua virosa senectae.  
Adjice, si placeat, qui circumfunditur illis,  
Aera, quemq; poli longè sublimior axis  
Desuper insixum rebus velut imprimis ipse:  
Hac etenim, quamvis rebus videantur amica,  
Sunt inimica tamen, nusriant, carpuntq; sicissima.

Nunc etiam fulgi studium perpende, videbis,  
Quicquid agat, nibil esse nisi res belle caducas.  
Qui sibi pro meritis mundanos poscit honores,  
Magna sibi aimum preciosaq; pramia poscit.  
O brutos homines! honor est pellicia ridens,  
Fumus, & umbra levis, quando censemur habere,  
Effugit è manibus. Vix attingenda videntur,  
Quæ Mercator agat, quod pandæ nauta carina  
Urget assidue studium, pertusus uterq;  
Paupertatis onus, Laribusq; domoq; relictis:  
Irati sulcat fragili maris aquora ligno.  
His licet interdum tumidarum Rector aquarium  
Parcat ut Aeolio missa quoq; carcere bentis,  
In celumesq; domum redeant; tamen improba turpe  
Uxor adulterio natos suscepit, & illis  
Quos præsens genuit, nunc est incognitus hospes.  
Quid faciunt aliud, curvum sinuatus in arcum  
Messor, & invitata scindit qui somere glebas

Agri.

L. III. ANAGR. XIX.

Agricola, hamatam sub aquâ qui piscibus escam  
Exponit pescator iners, qui turpè cogit  
Vulnera Chirurgus deterso pure coire,  
Qui timidus tendit Venator retia damis,  
Qui rādios textor tractat, qui forcipe massam  
Candens ferri versat, fuligine turpis  
Deformusq; faber, variis quâ deniq; rebus  
Est simul intentus, virtutem negligit unam?  
Sed tamen hic nostri mos consuetudoq; sœli  
Obtinet hanc, verum vulgo sub judice, palmam?  
Ut nihil efficiens alias causansq; maligni  
Debeat ingenij maculas abstergere, tempus.

Hæc quoties sunt; priscus Democritus ille  
Adsit, ut hos dignè fatuos irrideat, opto.  
Rursus ubi sit & brevitas occurrit, & ingens  
Perpetiendorum moles cumulusq; malorum,  
Interitusq; graves, tum quo post ultima sit &  
Munera luctiferum meritè turbentur ad Orcum;  
Né mibi ridendi subeat tunc ulla facultas,  
Insurgunt horrore comæ, tremor occupat artus.  
Flere velim, nequeo, superant incommoda fletum.

Ex his ergo Gides, justâ quod lance àuorum  
Facta virum librata, ferant examina, nec sit  
Illius, aut hujus major Sapientia; namq;  
Est utriusq; gravis facti, me justice, causa.  
Quicquid agunt homines, quicquid patiuntur iude,  
Vel risum, atq; jocum; vel carmen triste meretur:  
Nam perit haud aliter, quam turpus in aëre fumus.

L. III. ANAGR: XX.

Excipe Virtutem, quam si quis rite sequatur,  
Rem sequitur talam, quam nulla abolererit etas.

ANAGR. XX.

MAGnum bonum est illustris  
probitas cum Prudentia: Consiliis  
enim simul optimis præstat. Si hanc af-  
fiscas, felicitaberis. Age igitur, nihil  
moreris alios malos. Omissis his, huic  
te, sicut & facis, consecra: nemo enim heic  
solus tam agili pollet ingenio, ut non  
gloriosiori luce simul irrorari velit.

Mέγιστον ἀρετῶν εἶναι μετὰ τῆς  
χειρόνομης. Menander.

Exoeisis.

Cui Deus è meliore luto precordia fixit, (reli-  
ctus  
Vir probus, & prudens; nunquam de tramite  
Flebit iter temere. Postquam Phœbeja lampas  
Mane novo radios superā jaculatur ab arce;  
Surgit & ipse suo strato, precibusq; peractis,  
Quæ sic fastidius, præponderat omnia secum;  
Primaq; cura ferè subit hæc: dare iussa ministrie  
Perscienda suis: quoniam nil deside serbo  
Turpius esse queat. Cultum petit ipse belhortum.

Et,

Et, quod vel justo plus luxuriare videtur,  
 Vel fidam domini non sult agnoscere curam;  
 Irato resecat ferro. Quod inutile longo  
 Efficitur partu lignum, radicibus omne  
 Effedit, inq. locum virgas sua poma daturas  
 Inserit, interdum gnabi de more Phyturgis,  
 Sylvestres cicutat mansueco germine truncos.  
 Sic Cato, Sic Cyrus, quondam fecisse leguntur:

Vel si res adeo biles tractare pudor sit,  
 Communis patria communia commoda queritis.  
 Materies etiam non est haec ultima laudis,  
 Moribus esse bonis, & simplicitatis amantem,  
 Declinare scelus, vanas contemnere voces,  
 Non tolli fastu, nullius carpere famam,  
 Nulla simultatis vestigia corde fovere,  
 Dicere constanter, contemptu munere, seruum  
 Artes scire bonas, contentum bibere paucis,  
 Casibus incunctis sultu consistere eodem,  
 Esse piuum, placidumq. virum, quid deniq. mulie  
 Immoror his? poteram gemino perstringere versu.  
 Omnibus in factis vita documenta probatae  
 Reddere; nec quenquam facto, vel laedere serbo;

Quisquis erit talis multo meliora subinde.  
 Dotibus biu faciet, quam si vel Achitophel ipse  
 Praesit consiliis. Probitati cuncta ministrant.

Finge tibi, (quambis quid opus sit fingere, nemo  
 Perspiciat) sed finge tamen munimine nullu.  
 Circumvallatum, nudam, mucrone carentem,

L. III. ANAGR: XX.

Omnisq; infestis illi concurrere tetus;  
Tuta manet, Quacunq; solant, mortemq; minantur,  
Irrita tela solant, ictusq; eluditur omnis.  
Sic & non aliter, ventrosa conturbata lappae  
Respat, & speculi, bullato margine, levor.  
Quod si forsitan ei quoq; sit prudentia juncta,  
Utere consilis, sapientibus utere technis.  
Nil tamen efficiens. Probitas immota triumphat.  
Felix, qui probus est: non illi tela, nec unda,  
Non ignis, non flamma noces, non fulminis illius.

Pluribus exemplis res haec deducta per omnes  
Clara queat partes fieri mibi sufficiunt, unus,  
Quicquid in hoc superest sicceno anagrammate, to.  
Sol generis GULIELME tui, tibi militet uni. (tum  
Querimus ergo probum, probus es, disquirimus, an  
Nostris temporibus, cui sit prudentia cura? (sit  
Est tibi. Res loquitur. Videlisti plurima regna,  
Illorumq; ferè linguis cum latte bibisti.  
Tu, quod Maenides de cauto scribit Ulysse,  
Multorum mores hominum legesq; nos astie.  
Nec herò unius tantum illius recentis,  
Quamleq; sat est politia noscere formam.  
Perfectus qui bult fieri, teres atq; rotundus,  
Finibus excurrat patriis, loca diffusa querat,  
Multæ legat, multum studiis impendat olist,  
Sepè diem nocti jungat noctemq; dici.  
Tunc quoq; cum fuerit, sibi multa deesse videbit,  
Cogimur hoc etiam dictum perspè probare,

Quod

Quod veterū melius pascant, quam scripta nobōrū.  
 Quicquid erit satis est: Prudenter ut omne gubernet.  
 Ipse tuum studium, solerti mente gerūstas (nes)  
 Cognōisse lubet formas, placet ergo sophorum  
 Consuluisse libros, seges hinc fœcunda bonarum  
 Percipitur rerum: Quae sit diuinā Platonis  
 Jureq; dicta suo Gracis Illo dīteīa nālē ux̄led.  
 Annon hinc nosti, quibus usi legib; olim  
 spartani fuerint fortes? que Cretica tellus  
 Jura tenenda sibi prescripsit? hinc tibi constat.  
 Qualia Romani quondam nimis emula regni.  
 Scipiadumq; labor, tulerit Carthago statuta.  
 Nec necire potes, quenam decreta Lycurgū,  
 Pittaco, Androdamas, Minos, Draco, Numa, Zalema  
 Quiq; suo exemplo legem, quam sanxerat ipse, cūque  
 Transgressus firmat, subiens sua fata, Charondas  
 Et quos præterea longum foret ordine dici  
 Legumlatores; etenim genue omne librorum  
 Verbolitare soles. Coram te dicere nolim  
 E scriptis aliquid, quasi te latuissē putarem  
 Stultitiae cunctos supereret, qui peccine sumto  
 Carminis auctorem numeros docuisse laboreto.  
 Hac igitur poteris alicui satis esse beatus  
 Notitia: verūm nibil est umbratilē nosse,  
 Ni factio etiam recte, que scimus, agamus.  
 Ergo ubijam satis est tuamens exulta superē,  
 Preceptis illam belli demittis in artes.  
 Pro patriaq; gerens Heros fortissimus ensem;

L. III. ANAGR. XX.

Accipis ac reddis mutilato corpore plaga.  
Aurea singamus redeuntia tempora pacis,  
Non tibi dedecori res hac sit, credo, futura.  
Nam poteras studium longi deponere belli,  
Et clambyde abjecta latum subsumere clatum.  
Aut, si forte magis scrutari arcana jubaret,  
Tranquille poteras reliquam deducere vitam.  
Nec minor è studiis esset tua fama futura,  
Quam si bel totus soli tibi pareat Orbis.  
Cernis ut excelsas supra solet ardea nubes,  
Nidificantq; petris aquila; sublimia semper  
Penna carens gravitate petit. Sed longius ibi,  
Quam bolui, dicti finem faciamus oportet.  
Cetera, quae restant, jam subjicienda decebuntur.

ANARG. XXI.

Fortitudo ac Magnanimitas huic  
Militi egregium sunt ornamentum.  
Illis enim prorsus immarcessibilem sibi  
in hoc Orbe parat gloriam. Ast cæcos  
illos talpas, infelicissimos, nec generosi  
Martis pullos, nihil hic, nisi ignominia  
præstolatur vetulos. Iccirco si vis utilis,  
& charus esse, uti Leo sis.

"Ex 8-

## Exteos.

**Q**uando virum fortem tabula depingimus ista,  
 Nemo sub hoc animal debet sibi singere brutus  
 Hoc etenim quamvis aliquà formidine tangi  
 Conspiciatur, inter tamen est, neq; ponderat illam.  
 Vir fortis nunquam discrimina quaq; subibit;  
 Sed tantum quæ sunt laudem peritura decoram.  
 Ergo consiliis hic uititur, omniaq; antè  
 Quam faciat quicquam, recta ratione solutans  
 An locus? an tempus? modus an? meāium q; requie  
 Tum vero, ne quid temerè deliret amissis. (rit.  
 Omnibus in factis finem proponit honestum.  
 Praterea constans manet, & formidine nullā  
 Propositum mutat. Tali generosus Ulysses:  
 Mente fuit; nam cum longo iam tempore fracti  
 Ire aorum socii bellent, classimq; pararent,  
 Quo fugitis? dicit. Decimus nunc advenit annus,  
 Mortuus est Hector, Trojana exhausta juventus,  
 Nil superest usquam Priami, nisi tecta feroci.  
 Absumenda rogo, salibus nil fecimus illis,  
 Ultimus hic labor est, adscit manus ultima bello.  
 Talibus hortatur socios, prmusq; cap' sit.  
 Ardua, nec metuit bel mille pericula, fortis.  
 Sed minimè satis est, si quis felicitus armis  
 Fuderit hostiles & inani pectore turmas;  
 Praemia magna sui, ceu condimenta laboris,  
 Es perat, & referat: nihil est sine pignore virtus.

D 5

Non

Non moror, hic ultrà, fulgo sum judice longus,  
 Totq; ferè scribo, quot sunt Anagrammata, libros,  
